THE
WILLIAM R. PERKINS
LIBRARY
OF
DUKE UNIVERSITY

Rare Books

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Duke University Libraries

http://www.archive.org/details/tragoediaesexquo00aesc

Aeſchyli poetæ

VETVSTISSIMI TRAGOEDIAE ſex, quot quidem extant, ſumma fide ac diligentia è Græco in Latinum ſermonem, pro utriuſq; linguæ tyronibus, ad uerbum conuerſæ, per

IOANNEM SANRAVIVM
Montempeſſulanenſem.

Quarum catalogum uerſa pagina reperies.

Cum Cæſ. Maieſt. priuilegio ad decennium.

BASILEAE, PER IOannem Oporinum.

TRAGOEDIARVM AESCHYLI Catalogus.

Prometheus uinctus.
Septem duces ad Thebas.
Persæ.
Agamemnon.
Eumenides.
Supplices.

A 253 R

ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΩ ΑΝΔΡΙ ΙΩ-
ἀννῃ τοῦ κεζηλύῳ πρέ-
δρῳ,

Ἰωάννης ὁ Σαυραύιος
εὖ πράττειν.

ΟΡθῶς, ὡς ἐγῷμαι, καὶ καλῶς οἱ διδάσκοντες ἡμᾶς πολὺ τιμᾷν τοὺς ἡμέρας ἑκάστης λόγους περὶ τῶν ἀρετῶν, καὶ ἠθιστημῶν πρὸς ἡμᾶς ποιουμένους πράττουσι· ὅμως οὐ μόνον ὡσπερεὶ δοκεῖ μοι ἐκείνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸς τοῦτὶ τοῦ πρᾶγμα προκαλουμένους χρὴ αἰδεῖσθαι. Ἔγωγε ἐπίσταμαι τοῦτο, ὅτι πολλάκις ἔλεξάς μοι, ὡς οὐ δεῖ σε ὡσπερεὶ κνώδαλα, ἢ ἀνθρώπους, οἳ οὐδὲ ἴσασιν παιδείαν, οὐδὲ πάντως μανθάνειν ἀνέχοντες, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνην δυσκολῶς ἔχουσι, τὸν βίον ἄγειν. διὸ καί σοι καθ' ἡμέραν μεγάλην χάριν ἔχω, οὐ δύναμαι ὅμως ἐλάχιστον τούτων τὸ μέρος τοῦ ὄντι ἀνταποδοῦναι. Νῦν δὲ, ἐπειδὴ σχόλην εὗρον, μετεγνώνοχα τὰς τοῦ Αἰσχύλου ἐξ τραγῳδίας εἰς ῥωμαίων φωνὴν, ἤθελον καὶ ἐκείνας ὀνόματι σῷ προσφωνεῖν καὶ ἀνατιθέναι, ὡς ἴδοις με προθυμεῖσθαί σοι χαρίζεσθαι. μείζω δοί-

ην αὖ, ἀλλὰ οὐκ ἔχω πρόχειρα. χρὴ γὰρ με ἅπαντα πρός σε, ὡς πρὸς τὸν τοκέα ἀναφέρειν. δέχου οὖν, δέομαί σου λαμπρότατε ἄνερ, τὸ δῶρον οὗτο, θεῶν δίκην, οἳ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐλάχιστα λαμβάνειν οὐκ αἰσχύνοντες. ἔῤῥωσο.

ΒΕΡ-

ΒΕΡΝΑΡΔΟΥ ΒΕΡΤΡΑΝΔΟΥ

Ρήγινου πρὸς τοὺς ἐντευξομένους ἀναγνωστὰς Επίγραμμα.

Θυγατέρες μῶσαι ζηνὸς τοῦ τερπικεραύνου
ποιητὰν λιγυρὼ εἰν ἑλικῶνι τρεφόν.
Μελπομένη κούρι ζαθέη καὶ φοῖβος ἀπόλλων,
κλυτὸν ἐλευσινιὸν πατρίδι μὴν ἔτεκον.
Νῦν περὶ καλῶς ἔνθα τραγῴδει τοῦ γε δαρείου
ἔλλαδι καὶ ξέρξου δυστύχεος πολέμου.

EIVSDEM AD LEctorem.

Attica Cecropio regno decorata uetusto,
Αἰσχυλον genuit laudibus eximium.
Melpomene tragicum uatem dedit horrida, regum
Persarum cladis carmine mœsta canit.
Hactenus hunc Latijs celauit Græcia semper,
Quem tibi Sanrauius transtulit in Latium.
Cui meritò debes magnas persoluere grates,
Muneris ut tanti præmia digna ferat.

AESCHYLI POETAE VITA.

AEschylus tragicus poeta, genere quidē Athenienſis, populo Eleuſinus fuit: Euphorionis filius, Cynagiri ac Amini frater, ex ingenuis naturam habens. iuuenis uerò cœpit tragœdias componere: & longè qui ante eum fuerant ſuperauit, cùm in poeſi ac diſpoſitione ſcenæ, tum etiã in ſplendore ſumptus, præparationeq; hiſtrionum, & chori grauitate, quemadmodum ait Ariſtophanes, ſed ô prime Græcorum extollens uerba dura, & ornans nugas tragicas. Coætaneus fuit Pindaro, natus circa quadrageſimam olympiadā. Generoſum eũ aiunt, pugnæq; Marathonicæ cum fratre Cynagiro, & Salaminicæ nauali, ac in Plataeis pedeſtris pugnæ cum minimo natu fratrum Amino participem fuiſſe. Iuxta cõpoſitionẽ poeſis uirilitatem & ſuperbiã æmulatur: fictione nominum, & epithetis, metaphoris etiam, & omnibus rebus quibus poteſt grauitas phraſi addi, utens. Diſpoſitiones uerò fabularum eius, non multas peripetias & perplexitates, quemadmodum apud recentiores, habent: tantũ æmulatur grauitatẽ addere perſonis, antiquam indicans hanc partem, magnificentiam, & generoſitatem: aſtutiam, uerſutiam, & ſententiarum collectionem alienam eſſe à tragœdia putans. ita ut ob redundationem grauitate perſonarum ab Ariſtophane reprehendatur. nã in

Niobe

Niobe, usq; ad tertium diem ipsa assidens sepulchro filiorum, nihil loquitur occultata. In Hectoris lauacris Achilles, similiter occultatus, nihil loquit præterquàm pauca responsiua ad Mercurium. Idcirco delectus multi apud ipsum, differẽtes ab apparatu, inueniantur. Sententiæ uerò, uel commiserationes, aut aliud aliquid eorũ quæ ad lachrymas inducere possunt, non omnino sunt. uisionibus enim & fabulis ad terrorem monstrosum, potius quàm ad fraudẽ utitur. Profectus est ad Hieronẽ Siciliæ regem, secundum aliquos tanquam superatus & uictus à iuuene Sophocle: secundum alios uerò, elegia uictus à Simonide, in illos qui occubuerãt in Marathone. Elegiam uerò subtilitatis circa affectum participem fuisse uolũt: quod ab Aeschylo, ut diximus, est alienum. In ostentatione Eumenidum quidam dicunt, illum introducentem chorum, tantum terruisse populũ, ut pueri defecerint, embryones abortus passi sint. Veniens igitur in Siciliã, Hierone tunc Aetnam condente, probauit Aetnas, augurans uitam bonam inhabitibus urbem. & uehemẽter honoratus ab Hierone & Gelois est, uiuens tres annos ibi. Cum esset annos natus sexagintaquinq;, hoc modo fato functus est. Aquila rapiens testudinem, nõ potuit compos prædę esse: dimisit in petram eam, ut confringeretur testa. Hæc delata contra poetã, interfecit illum. Oraculum uerò tale illi datum

erat: Iaculum cœleſte te interficiet. Mortuum uerò Geloi in publicis monumentis ſumptuoſè ſepelientes, magnificè honorarunt, inſcribentes ſic: Aeſchylum Euphorionis filium Athenienſem, hoc occultat monumẽtum interfectum Gelæ feracis. Ad monumentum frequentantes, quibus uita in Tragœdijs erat, parentabant, & fingebant fabulas. Athenienſes tanto amore proſecuti ſunt Aeſchylum, ut decretum fuerit poſt mortem eius, qui uellet fabulas Aeſchyli docere, illum aurũ accepturũ. Vixit annos ſexaginta tres, quibus fabulas ſeptuaginta fecit: & in his ſatyricas circiter quinque. uictorias omnes tredecim accepit, non paucas uerò poſt mortem uictorias abſtulit.

PROME-

PROMETHEVS VINCTVS.

ACTVS HYPOTHESIS.

Ex Prometheo in Scythia uincto(eo quòd ignem surripuerat)intelligit Io errans, ubi in Aegyptũ uenerit, se parituram ex Iouis congressu Epaphũ. Mercurius transeũdo minatur, Prometheum de cœlo tactum iri, ni dixerit quæ sint euentura Ioui. Prædixit enim Prometheus, Iouem regno à quodam proprio filio exactum iri. tandem uerò orto tonitru, Prometheus non apparet. Fabula uerò dispositа est per digressionem apud Sophoclem in Colchis, apud Euripidem non extat. Actus scena iacet in Scythia, in Caucaso monte. Chorus ex Oceanidibus nymphis constitutus est. caput rei est, Promethei colligatio. Animaduertendum est, non esse Prometheũ, ut uulgò fertur, Caucaso uinctum, sed in illis potius Europæ partibus Oceani: ut ex uerbis ad Io factis colligere licet.

FABVLAE PERSONAE.

Robur & Vis
Vulcanus.
Prometheus.
Terra.
Hercules.
Chorus ex Oceanidibus nymphis.
Oceanus.
Mercurius.
Io Inachi filia.

AESCHYLI PROMETHEVS uinctus.

ROBVR ET VIS.

Terræ sanè in procul remotum uenimus solum,
Scythicam in uiam, ac profundam solitudinem:
Vulcane, tibi curæ esse oportet mãdata,
Tibi à patre edicta: hunc scilicet petris
Altijugis hominum conditorem ligare,
Adamantinis uinculis, in solidis petris.
Tuum enim præmium omnifici ignis lumen
Mortalibus furatus præbuit: talis uerò
Peccati ipsum oportet dijs dare pœnas:
Vt doceatur Iouis tyrannidem
Amare, hominesq; desinat diligere.
Vul. Robur, Visq;, uobis quidem mandatum Iouis
Habet finem iam, & nihil impedimenti amplius.
Ego non audeo, cognatum Deum
Vincire ui in conualli tempestuosa.
Omnino necesse est horum mihi audaciam arripere:
Nam patris sermones paruipendere, res sanè grauis.
Prudentis Thetidis alticonsilij puer,
Inuitum te inuitus insolutis catenis
Vinciam huic inhumano saxo,

Vbi

Vbi neque uocem, neque cuiusquam formam mortalium
Videbis, ustus solis uerò pura flamma
Coloris pulcritudinem mutabis, tibiq; uolenti
Versicolor nox abscondet lucem:
Pruinam uerò matutinam sol rursus dissipabit.
Semper uerò præsentis mali dolor
Vexabit te: qui autem te liberabit, nondum natus est.
Talibus rebus fruêris, ob hominum amorem.
Nam deus, deorum non timens bilem,
Mortalibus honores præbuisti præter ius.
Hac de causa insuauem hanc custodies petram,
Astando in somnis, non flectens genu:
Multos fletus ac gemitus inutiles
Aedes, nam Iouis mentes sunt inexorabiles.
Quisquis recenter imperat, is est rudis.
Rob. Esto, quid cũctaris et imploras misericordiam frustra?
Quid non odio prosequeris dijs ininiciſſimum deũ,
Qui tuum munus mortalibus præbuit?
Vul. Necessitudo & cõmercium, res admodũ grauis.
Rob. Concedo, repugnare patris sermonibus
Aliquo modo potes: non hoc plus uereris?
Vul. Semper sæuus es, & temeritatis plenus.
Rob. Nihil prodest hunc deflere: tu uerò
Quæ nihil prosunt, ne frustra laborato.
Vul. O diu inuisam artificium.

Quid

Quid ipsum odio prosequeris? laborum præsentium
(ut ita dicam)
Non est artificium in causa.
Vul. Vtinam ipsum sortitus esset aliquis alius.
Rob. Omnia fieri possũt, præterquam dijs imperare.
Nam nullus liber est, Ioue excepto.
Vul. Noui quidem, neq; his contradicere possum.
Rob. Proinde festina huic uincula inijcere,
Ne te torpentem inspiciat pater.
Vul. Et iam parata uincula uidere licet.
Rob. Accipe ipsum manibus, robore firmo,
Malleo percute, affige saxis.
Vul. Perficitur iam, & non iacet hoc opus.
Rob. Percute magis, constringe, nullo pacto laxa.
Nam mirus artifex est inueniendi ex insperatis rebus
exitum.
Vul. Congruit, ulna autem difficulter soluitur.
Rob. Hanc quoq; fibula fortiter, ut
Discat se impostorem ignauiorem esse Ioue.
Vul. Hoc excepto, nullus iustè me accusabit.
Rob. Adamantino nunc cuneo contumaces genas
Ad pectus usq; fige fortiter.
Vul. Heu heu Prometheu, tuos deploro labores.
Rob. Tu rursus pigrescis, ac super Iouis inimicos
Plangis, ut ne tui miserearis unquam.
Vul. Vides spectaculum triste oculis spectatu.
Rob. Video hunc se digna assecutum:
Sed lateribus illius inijce uincula.

Vul.

Vul. Patrare hæc neceſſe eſt, nihil iube uehementer.
Rob. Attamen iubebo, & imperabo tibi:
Ito infra, cruraq; conſtringito ui.
Vul. Iam ſane peractum eſt opus non longo labore.
Rob. Fortiter nunc fige graues pedicas:
Nam ultor facti grauis eſt.
Vul. Similia formæ, lingua tua loquitur.
Rob. Tu molli meam contumaciam,
Iræq; acerbitatem ne mihi incende.
Vul. Eamus: nam in membris uincula habet.
Rob. Inde contumelia affice, & Deorum præmia
Depeculans hominibus præbe talibus:
Qui cum ſint mortales, poſſunt ab his te
Laboribus liberare.
Falſo te Dij Prometheum
Vocant: te ipſum oportet prouidere,
Quomodo liberaris ab hac fortuna.
Pro. O Iouis æther, & uolucres uenti,
Fluuiorum fontes, marinorum fluctuum
Infinitus motus, omniparaq; terra,
Et qui omnia uidet orbem ſolis uoco,
Videte me, qualia à Dijs patior, Deus cum ſim.
Reſpicite, quibus ſupplicijs
Affectus, infinitum
Tempus laborabo: quale iuueris
Dux beatorum inuenit pro me
Vinculum moleſtum, heu heu. præſens,
Et ſequens detrimentum deploro, qua ratione

Tandem

Tandem laboribus
Oportet finem his imponere?
Et certè quid dico? omnia præscio
Exactè futura, neq; mihi nouum
Detrimentum ullum ueniet, fatum uerò oportet
Constitutum ferre me, quàm facilè cognoscentem;
Robur necessitatis inexpugnabile esse.
Sed neq; tacere, neq; non tacere fortunas
Has mihi licet: mortalibus præmia
Præbens, necessitates has iam subeo miser.
Ferulam plenam ignis capio,
Fontem furtiuum, qui præceptor artis
Omnis mortalibus fuit, & magnum emolumentum.
Tales uerò pœnas peccatorum pendo,
Subdialis uinculis ligatus,
Heu heu.
Quæ uox, quis odor mihi obscurus accidit:
Aut diuina, aut mortalis, aut mixta,
Venit ad ultimum saxum,
Meos labores speculatura, aut quid uolens?
Videte uinctum me, infœlicem deum,
Iouis inimicum, & cum omnibus dijs
In inimicitiam uenientem, quicunq;
Iouis aulam inhabitant,
Ob uehementem amorem mortalium.
Heu heu, quid tandem rursus strepitum audio?
Propè aues sunt, æther uerò leuibus
Alarum motibus resonat:

Omne

Omne quod accedit, mihi incutit timorem.
Cho. Nihil time, amica est hæc caterua,
Alarum celeribus congressibus
Accessit hoc saxum, paternas
Vix persuadens mentes.
Volucres uerò me miserunt auræ.
Resonantis enim sonus chalybis subijt antrum,
Et exterruit meum uerecundum pudorem,
In Scythiam discalceatus curru alato ueni.
Pro. Hei hei, multiparæ Tethyos proles,
Et totam ambientis
Terram inquieto fluctu filiæ
Patris Oceani: respicite, uidete,
Quali uinculo uinctus sum,
Huius uallis in altis scopulis,
Custodiam minimè expetendam sustinebo.
Cho. Video Prometheu, horrida meis oculis
Nebula incidit, plena
Lachrymis, tuum corpus uidens,
In lapidibus contabefactum
Adamantinis uinculis.
Noui gubernatores imperant Olympo,
Nouis uerò legibus Iupiter nefariè imperat:
Saturnalia quæ antea erant, iam sunt exautorata.
Pro. Si uerò me sub terram ad inferos
Mortiferos in immensum
Tartarum misisset, uinculis in dissolutis
Ferociter appropinquans, ut neq; Deus,

Neq;

Neq; alius quisquam delectatus fuisset.
Nunc uerò tanquam æthereum idolum miser,
Ab inimicis passus sum irrisiones.
Chor. Quis sic corde durus
Deorum cui hæc placeant?
Quis non succenset malis
Tuis? ille dissentit à Ioue:
Ille autem fraudulenter semper
Indutus, inflexili mente
Domat genus cœleste,
Neq; prius desinet quàm saturauerit cor,
Vel aliqua astutia cæperit inexpugnabilẽ principatũ.
Pro. Si tamen amplius mei quamuis fortibus
In compedibus iniuria affecti,
Opera indiguerit beatorum gubernator,
Vt ostendam nouum consilium, quo
Sceptro honoribusq; priuabitur,
Nunquam sanè mellisonis me persuasionis
Cantionibus demulcebit: neq; atroces
Vnquam minas timens, hoc ego
Dicam, priusquam ex sæuis
Vinculis me soluerit, pœnasq; pendere
Huius mali uoluerit.
Chor. Tu quidem temerarius es, & acerbis
Doloribus nihil remittis,
Valde admodum liberè loqueris.
Meam mentem subijt timor ingens,
Timeo tuæ fortunæ:

Quò tandem horum laborum oportet te
Appellentem finem uidere? inuictos enim
Mores, & cor inexorabile habet Iupiter.
Pro. Noui quòd ferox, & si apud se
Iusticiam habet Iupiter: sed tamen puto
Quòd mitiori sententia erit, quãdo hac liberabitur,
Immitem mitigans iram,
Ad concordiam mecum & amorem
Festinans aliquando ueniet.
Cho. Omnia patefac, & nobis effare causam,
Quo in crimine deprehendens Iupiter,
Sic ignominiosè & acerbè contumelia afficit:
Doce nos, nisi tibi noceat sermo.
Pro. Molestum quidem mihi est hæc dicere,
Vicissim tædiosum tacere: ubiq; infortunium.
Vbi statim cœperunt dij irasci,
Seditio inter ipsos orta est.
Hi quidem uolentes Saturnum solio eijcere,
Vt Iupiter regnaret uidelicet: alij contrarium
Studebant, ne unquam Iupiter Dijs imperaret.
Inde ego optima quæq; consulens, persuadere
Titanas Cœli & Terræ filios
Non potui, meas blandas astutias
Paruipendentes, firmioribus consilijs
Putabant sine labore ui dominari.
Mihi uerò mater non tantum semel Themis,
Et Terra, multorum nominum forma una,
Quod aliquando adimpleretur prædixerat:

Quod neq; ob uim & robur
Oporteret, sed dolo Deos imperare.
Hæc uerò me narrante uerbis
Non dignum putarunt, neq; omnino respicere.
Optimum mihi præsentium rerum tunc
Videbatur esse, adiungenti matrem
Volentem uolenti Ioui fauere.
Meo consilio tartari profunda
Latebra occulta senem Saturnum,
Cum illius socijs. hoc modo ex me
Deorum tyrannus adiutus,
Has malas pœnas mihi rependit.
Inest hoc aliquo modo tyrannidi
Malum, amicis non fiduciam habere.
Quod uerò interrogatis, causam ob quam
Iniuria afficit me: hoc uobis perspicuum reddam.
Vbi paternum solium statim
Occupauit, repentè Dijs distribuit præmia
Alijs alia, & disposuit
Principatum: mortalium uerò miserorum rationem
Nullam habuit, sed illorum genere destructo
Omni, uoluit aliud condere nouum.
Istis consilijs nullus me excepto restitit:
Ego uerò audax liberaui mortales,
Ne dilacerati ad inferos migrarent.
Hac de causa talibus calamitatibus plector,
Molestis ad perpetiendum, & uisu miserabilibus.
Erga mortales misericordia affectus, talia

Asse-

Assequi
Non dignus eram ipse: tamen crudeliter
Hic dispositus sum, Ioui infamis aspectus.
Cho. Ferreas mentes habet, & ex petris factus est,
Quisquis ô Prometheu tuis non condolet
Laboribus: ego uerò neq; hæc respicere
Volui, uidens uerò dolui corde.
Pro. Et tamen aspectu sum ipse amicis miserabilis.
Cho. Num his longius progressus es?
Pro. Mortales effeci, ne uiderent mortem.
Cho. Quale inueniens remedium morbi?
Pro. Spem cæcam in ipsis collocaui.
Cho. Magnum hoc adiumentũ dedisti mortalibus.
Pro. Illis ipsis ignem ipse præbui.
Cho. Et nunc flammantẽ ignem habent homines.
Pro. A' quo ipsi discent multas artes.
Cho. Talibus de causis igitur Iupiter te
Iniuria afficit, & nequaquam mala relaxat?
Neq; est ærumnarum finis tibi repositus?
Pro. Nullus alius, nisi quando illi uisum fuerit.
Cho. Quomodo uidebitur? quæ spes? num uides,
Peccasti? sic uerò, ut non mihi dicere (quòd
Cum uoluptate, tibi uerò dolor. sed hæc
Sinamus, ærummarum quære solutionem aliquam.
Pro. Facile est illi, qui extra dolores pedem
Habet, admonere & castigare qui malè
Valent. omnia hæc ipse sciui:
Volens lubens peccaui, non inficior:

Mortalibus succurrens, ipse inueni labores.
Non tamen pœnis talibus putabam me
Affectum iri, apud petras excelsas
Assequentem hunc desertum locum,
Et præsentia mala non defleri.
Gressim euntes repentes fortunas
Audite, ut intelligatis omnino omnia.
Parete parete, & iuuate
Me laborantem: uagans
Malum aliud ad aliud hæret.
Cho. Non inuitis uocifrasti
Hoc Prometheu,
Et nunc leui pede sublimem
Sedem relinquens, & purum æthera,
Solum auium, ab hac molesta
Terra migro: tuos autem labores
Volo semper intelligi.
Oce. Venio, difficilis uiæ finem
Emensus, ad te Prometheu:
Hanc auem uerò,
Meo arbitratu sine frenis regens:
Tuis uerò fortunis, scito, condoleo.
Cognatio sic enim arbitror me
Cogit: sine genere,
Non est cui maiorem fortunam tribuerẽ quàm tibi.
Cognosces uerò hæc quàm uerè, neq; frustra
Grata loqui licet mihi. age igitur
Significa mihi, qua in re oportet me tibi opitulari?

Non

Non enim unquam dices, quòd Oceano
Sit tibi amicus firmior.
Pro. Age quid negotij est, tu iam meos labores
Spectatum uenis? quomodo ausus es relinquere
A te denominatum fluctum, & petris tectas
Proprias latebras, ferriparamq;
Venire in terram? num speculaturus fortunas
Meas appulisti, & condolens malis?
Inspice spectaculum, hunc Iouis amicum,
Constituentem tyrannidem,
Quibus doloribus ab ipso afficior.
Oce. Video Prometheu, consulercq; tibi
Optima quæq; uolo, quamuis uersutus sis:
Nosce teipsum, & accipe mores
Nouos. nam nouus tyrannus est dijs.
Si hoc modo acerba & acuta uerba
Debacchatus fueris, statim te, quamuis procul
Sedens Iupiter, audiet: ita ut tibi bilem
Præsentem, laborum iocum esse arbitretur.
Sed ô miser, quas habes iras, remitte,
Et quære horum malorum solutionem
Fortasis tibi stultè hæc profundere uideor.
Talia sanè, ô altiloqua
Lingua Prometheu, præmia erunt.
Tu nunquam humilis es, neq; cedis malis:
Et uis ad præsentia, alia addere.
Me igitur præceptore utens,
Stimulo crus extendes, uidens quòd

Acerbus princeps, non subditus imperet.
At ipse nunc tentatum eo,
Si potero te his laboribus liberare.
Tu uerò quiesce, neq; multum garri.
An' ne nosti, accuratè cum prudens sis,
Linguæ uanæ mulctam adesse?
Pro. *Admiror te, cum sis extra mulctam,*
Ausum mecum omnium rerum participem esse.
Et nunc desiste, neq; sollicitus sis: (est facilis.
Nam omnino non persuadebis ipsum: persuasu non
Inspice ipse, ne quid tibi mali in itinere contingat.
Oce. *Lõgè melior natus es ad docẽdũ propinquos,*
Quàm te ipsum: hoc opere & sermone coniecto.
Enitenti haudquaquam contradicas.
Iaclito enim, iactito hoc donum mihi
Daturum Iouem, ut ab his libereris laboribus.
Pro. *In his te laudo, & nunquam desistam.*
Nam nihil diligentiæ negligis: sed
Nihil frustra laborato, nihil profuturus
Mihi laborabis, quamuis laborare uelis:
Sed quiesce, te ipsum procul continens.
Nam ego & si infœlix sim, non tamen
Vellem pluribus tales pœnas contingere.
Oce. *Non uidelicet: nã etiã me fratris tui fortunæ*
Molestia afficiunt Atlantis, qui in Hesperijs locis
Stat, columnam cœli & terræ
Humeris sustinens, pondus non tolerandum:
Terrigenamq; acerbarum incolam

Late-

Latebrarum uidens, misericordia tactus sum, hostile
Centiceps, ui conantem Typhonem (monstrũ,
Impetuosum, qui omnibus dijs restitit,
Acerbis maxillis canens cædem,
Ex oculis coruscauit terribile lumen,
Tanquam Iouis tyrannidem depopulaturus ui.
Sed decidit in illum Iouis inquietum iaculum,
Procumbens fulmen, spirans flammam,
Quod eum perterruit ab altis
Iactationibus: in ipsa mente percussus,
Illius robur combustum, & de cœlo tactum est,
Nunc uerò casum & immensum corpus
Iacet prope angustias maris,
Vaporans sub radicibus Aethnæ.
In altis eius uerticibus sedens, ferrum cudit
Vulcanus: inde profluent aliquando
Fluuij ignis, uorantes feris genis
Frugiparentis Ciciliæ latos campos:
Tali Typhon feruebit bili,
Calidæ inexoptabilis iaculis ignouomi turbinis,
Sic Iouis flumine combustus.
Pro. Tu neq; ineptus es, neq; me præceptore
Indiges: teipsum serua, ut scis.
Ego præsentem feram fortunam,
Donec Iouis uoluntas desistat irasci.
Oce. Igitur hoc nosti Prometheu, quòd
Iræ laborantis, sunt medici sermones.
Pro. Si quis in ipsa occasione lenierit cor,

Et non uigentem animum minucrit ui.
Oce. Inpromptitudine & audacia aliquam
Ineſſe uides mulctam? doce me.
Pro. Laborem ſuperuacaneum, & leuem ſtultitiã.
Oce. Sine me igitur hoc morbo laborare, poſtquam
Optimum eſt, ſapientem non uideri ſapere.
Pro. Meum uidebitur hoc peccatum eſſe.
Oce. Aperte me domum remittunt tua uerba.
Pro. Ne te in inimicitiam conijciat lamentatio mea,
uereor.
Oce. Noui imperantis potentes ſedes.
Pro. Hoc caue, ne dolore afficiat cor.
Oce. Tua calamitas Prometheu, præceptor eſt.
Pro. Diſcede, abi, ſerua præſentem mentem.
Oce. Mihi enitenti dixiſti hæc uerba.
Lata uia ætheris accelerat alis
Quadricrura auis: lubens enim
Proprijs ſtabulis flecteret genu.
Cho. Lugeo infœlicem tuam fortunã Prometheu,
Lacrymoſum ab oculis
Delicatis diſtillans fluentum, genas
Humidis tinxi fontibus. immenſa enim
Hæc Iupiter legibus proprijs firmans,
Superbam prius dijs oſtendit
Potentiam: omnis iam lugubre
Reſonuit regio, egregium
Et imperi o dignum lugent tuũ & conſanguineorũ
Honorem, quicunq; incolam

Caſtæ

Castæ Asiæ sedem inhabitant.
Tuis magnis nocumentis
Condolent mortales,
Et Colchidæ terræ incolæ uirgines
Pugnæ intrepidæ, multitudoq; Scythica:
Qui etiam extremum terræ locum circum Mæotidē
Paludem inhabitant, Arabiæq; martialis natio,
Et qui oppidum Caucasum altiiugum
Prope habitant, infestus exercitus,
Resonans cum hastis acutis.
Tantum antea in laboribus
Domantem indefessis
Nocumentis Titana uidi deorum
Atlantem, qui semper graue robur.
Fortem & cœlestem polum
Humeris sustinet, resonat marinus fluctus
Incidens, tristatur gurges,
Nigrum antrum Plutoniæ subfremit
Terræ, & fontes castorum fluuiorum
Deflent dolorem miserabilem.
Pro. Neq; mollitia, neq; pertinacia putetis
Me tacere: cogitatione affligor corde,
Videns me ipsum hic ligatum,
Et his Dijs nouis dona
Aliquis alius quàm ego determinauit omnino.
Sed hæc taceo. nam uobis scientibus
Hæc dicerem. mortalium uerò dolores
Audite: cum primò fatui essent,

Cordatos eos feci, & sensa mentis declarantes.
Dicamq; uobis accusationem nullam, quam contra
homines habeam,
Sed eorum quæ dedi beneuolentiam exponam:
Qui primò quidem uidentes, frustra uidebant:
Audientes non audiebant, sed somniorum
Similes formis, paruo tempore
Miscebant omnia temerè, neq; lateribus ædificatas
Domos apricas nouerant, neq; parandorum ligno-
rum artem:
Inferni habitabant tanquam tenues
Formicæ antrorum in secessibus opacis:
Neq; erat illis uera hyemis coniectura,
Neq; floridi ueris, neq; frugiferæ
Æstatis certitudo: sed sine ratione omnia
Faciebant, donec ipsis ipse ortus astrorum,
Et iudicatu difficiles occasus ostenderim.
Numerum tamen excellentem deceptionibus
Inueni eis, literarumq; compositiones,
Et memoriam omnium musiparam operatricem.
Coniugaui primò iugis bestias
Subiugijs seruientes corpori, ut
Mortalibus maximorum laborum uicissitudines
Essent, ad currus duxi admittentes frena
Equos, effigiem diuitis uoluptatis.
Mariuagas nullus alius, me excepto,
Liniuolas inuenit nautarum naues.
Tales machinas inueni miser

Morta-

Mortalibus: ipse uerò non habeo artem,
Qua à præsenti malo liberer.
Chor. Passus es acerbum malum, falsus mentis
Errore, & tanquam malus medicus in morbum
Incidens desperas, teq; ipsum non potes
Inuenire quibus remedijs cures.
Pro. Si quæ supersũt audieris, magis admiraberis,
Quas nempe artes & dolos illis constituerim.
Si quis in maximum morbum incidebat,
Non erat remedium, non cibus,
Non unguentum, non potus: sed remediorum
Penuria interibant, priusquam illis
Ostenderem temperamenta mitium medelarum,
Quibus curant omnes morbos.
Multos modos uaticinationis ordinaui,
Et iudicaui primus ex somnijs quæ oportet
Visione fieri, & sortes iudicatu difficiles
Explicaui illis, signaq; quæ in itinere contingunt:
Curuiunguiumq; uolatum auium exacte
Determinaui, quæ sint bonæ natura,
Quæ uerò malæ: rationemq; uiuendi quam
Habent, quæq; inter se
Amicæ, quæ inimicæ, quæ earum sint consortia:
Viscerum lenitatem, & colorem quendam
Habentem ad uoluptatem dæmonum:
Bilis fibrarumq; uariam pulchritudinem,
Adipe membra occultata, & longos
Lumbos incendens, ad artem difficilem iudicatu

Inspi-

Inſpiraui in mortales, & flammea portenta
Ante oculos illis poſui, antea cum eſſent obſcura.
Hæc quidem talia, quæ infra terram
Occultata, hominibus utilia,
Aes, ferrum, argentum, aurum, quis
Dicet ante me ſe inueniſſe?
Nullus aperte ſcio, niſi frustra nugari uelit.
Paucis uerbis omnia collectim diſce:
Omnes artes à Prometheo habent mortales.
Cho. Ne nunc mortales iuua plus quàm debes,
Vt te ipſum negligas infœlicem. nam ego
Bene ſpero, ſi his uinculis adhuc
Soluaris, nihil minus te poſſe Ioue.
Pro. Non hæc hac ratione ſors fatalis
Perficere deſtinata eſt, infinitis laboribus
Et doloribus affectus uinculum fugio:
Ars uerò neceſsitate longè inferior.
Cho. Quis eſt fati igitur gubernator?
Pro. Parcæ triformes, memoresq; Erinnyes.
Cho. His ſanè Iupiter eſt infirmior.
Pro. Nequaquam effugiet fatum.
Cho. Quid enim Ioui decretum eſt, niſi ſemper im-
Pro. Hoc non audies, ne ſupplica. (perare?
Cho. Aliquid graue uidelicet eſt, quod contines.
Pro. Alio ſermone narrabitur hoc: nequaquam
Narrandi eſt occaſio, ſed occultandum eſt
Quàm maximè. hunc ſeruans ego,
Vincula ſæua, & dolores effugiam.

Cho.

Cho. Nequaquam, qui omnia regit, ponet meæ sen
tiæ robur
Aduersarium Iupiter: neq; desinam
Deos sanctis conuiuijs interpellans,
Sacrificijs trans Oceani patris
Immortale æquor: neq; unquam mentirer uerbis.
Sed mihi hoc manebit, & nunquam tabescet:
Suaue aliquid, longam extendere uitam,
Spe manifesta animum crescentem
In prudentia. horreo te respiciens
Infinitis laboribus afflictum.
Iouem enim non timens,
Propria sententia colis admodum mortales, ô Pro
Age quomodo ingrata (metheu
Gratia, ô amice dic, ubi aliquod subsidium?
Quis mortalium auxilium præbet? neq; uidisti
Languorem immobilem, somnij similem, quo
Hominum cæcum genus impeditum.
Nunquam Iouis concentum mortalium
Euitant consilia.
Didici hæc, tuas
Respiciens pernicioſas fortunas, Prometheu.
Anceps mihi cantio accidit,
Hoc & illud pro lauacris, & lecto,
Tuum Hymenæum desiderio nuptiarum, præmijs
Duxisti Hesionam tunc sororem,
Persuadens uxorem coniugem.
Io. Quæ terra, quæ natio? quem dicam uidere,

Hunc

Hunc in uinculis lapideis
Talibus montanis
Afflictum? cuius peccati
Pœna peris? significa, quò
Terrarum laboriosa ego errauí? Heu heu,
Pungit me miseram rursus aliquis stimulus,
Idolum Argi terrigenæ, recede, ô terra, timeo
Centoculum uidens bubulcum.
It ille uerò fraudulentum habens oculum,
Quem neq; mortuum terra occultat:
Sed me miseram, ex mortuis transiens
Persequitur, & errare facit ieiunam per
Marinam arenam. cerata uerò
Resonat fistula perfecta somniferam legem.
Heu heu, quò quò, unde unde,
Quà me ducunt longi errores?
Quid tandem Iupiter, quid tandem,
Quid tandem iunxisti, inueniens
Peccantem in nocumentis? heu heu,
Furibundo terriculo miseram
Insanam sic uenaris?
Igni combure me, aut terra occulta, aut
Marinis monstris da cibum: neq; mihi inuideas
Gloriæ rex,
Satis me uagi errores
Exercuerunt: neq; possum intelligere, quo pacto
Mala fugiam.
Cho. Audis clamorem cornibouis puellæ?

Maxi-

Pro. Maximè audio lymphatam puellam
Inachi, quæ Iouis fouet cor
Amore: & nunc longissimos cursus
Iuno odiosa ei exercet.
Io. Vnde tu mei patris nomen uociferari?
Die mihi miseræ, quis nam sis miser.
Meq; miseram uerè dixisti.
Diuinitus missum malum nominasti,
Quod me urit pungens
Stimulis acribus, heu heu,
Saltationum iciunam, supplicijs
Vehemens ueni,
Culpandis curis domata.
Deorum infœlicium aliqui qualia ego patiuntur?
Sed manifestè mihi significa,
Quid me pati
Oportet, et quid non: quod nã sit morbi remedium
Ostende: si nosti, narra,
Dic huic uagæ puellæ.
Pro. Dicam apertè tibi omnia quæ uis scire,
Non inserens ænigmata, sed simpliciter,
Quemadmodum decet amicos alloqui.
Ignis datorem mortalibus uides Prometheum?
Io. O qui apparuisti mortalibus cõmune adiumentũ,
Miser Prometheu, cuius causa hæc pateris?
Pro. Citò quieui, meos lugens labores.
Io. Hoc igitur mihi præbebis donum?
Pro. Dic quod petis, omnia intelliges ex me.

Io.

Io. *Significa, quis te in conualli ligauit?*
Pro. *Cõsilium Iouis, manus Vulcani.*
Io. *Quorum peccatorum pœnas pendis?*
Pro. *Hoc solum tibi manifestum sufficiat.*
Io. *Præter hæc etiam finem mei erroris*
Ostendito: quod erit tempus huic miseræ puellæ?
Pro. *Melius hæc non intelligere, quàm intelligere, tibi foret.*
Io. *Ne me celato hoc, quòd debeo pati.*
Pro. *Non priuo te ab hoc dono.*
Io. *Quid igitur cunctaris patefacere omnia?*
Pro. *Non inuideo, sed uereor ne molestem tuum animum.*
Io. *Ne plus mei curam habeas: nam mihi suaue est.*
Pro. *Postquam cupis, dicere oportet, audi iam.*
Chor. *Nondum uerò: sed mihi quoq; partem uoluptatis præbe,*
Huius primò audiamus morbum,
Ipsa dicente exitiales fortunas:
Reliquas ærumnas doceatur à te.
Pro. *Tuæ partes sunt Io, istis gratificari:*
Præsertim omnino sororibus patris,
Vt plorent & lugeant tuas fortunas.
Deinde ubi debet quis defleri,
Ab auditoribus dignam moram habet.
Io. *Non noui, quo pacto uobis possum diffidere.*
Apertis uerbis, quæ uultis,
Audictis certè dicens lamentor,

Diuini-

Diuinitus missam tempestatem, & corruptionem
Formæ, unde mihi miseræ accidit.
Semper uisiones nocturnæ habitantes
In thalamo meo, hortabantur me
Lenibus uerbis: O ualde fœlix puella,
Quid uirgo manes diu, dum licet tibi nuptias
Maximas assequi? nam Iupiter libidinis telo
A te incensus est, & contrahere Venerem
Vult: tu uerò filia ne recusa lectum
Iouis, sed exi ad Lernæ profundam
Paludem, greges patris pascens,
Vt Iouis oculus recreetur amore.
Talibus uisionibus occupabar omnibus noctibus
Infœlix ego, donec patri
Potui narrare nocturna somnia.
Ille uerò Pytho & Dodonem crebros
Vates misit, ut disceret quid oporteret
Illum facere, aut dicere, ut Dijs grata patraret.
Reuersi uerò sunt uaria renunciantes
Vaticinia, incertè difficulterq; dicta.
Postremò uerò apertum oraculum uenit Inacho,
Manifestè iubens & dicens ut
Domo patriaq; expelleret me,
Liberataq; ipsa errarem ad fines usq; terræ.
Quod si renueret, flammiferum Iouis uenturum
Fulmen, quod omne genus consumeret.
Tali uaticinio Apollinis persuasus,
Expulit ciecitq; me domo

Inuitam inuitus: sed cogit illum
Iouis propositum, talia ui patrare.
Statim mens & forma mutata
Sunt: cornuta, & acuto ore, ut uidetis,
Stimulo puncta, furenti cursu
Veni ad potatu bonum Cerinæ fluentum,
Lernæ uerticemq; tunc bubulcus terrigena,
Effrenis ira Argus, insecutus est, crebris
Oculis uidens mea uestigia.
Inopinatum uerò fatum, ipsum repentinum
Vita priuauit. Lymphata uerò ipsa,
Flagello diuino terram ex terrà percurro.
Audis quæ acta sunt. si potes dicere,
Reliquos labores significa: neq; mei misertus,
Consoleris me falsis uerbis, nam morbum
Turpissimum esse aio, ornata uerba.
Cho. Ah ah, abstine heu.
Nunquam optarem inaudita uerba uenire
In meum auditum: neq; huc tristia spectatu,
Et non tolerãda nocumenta, mala, terricula bicipiti
Stimulo pungere animam meam.
Heu heu, fors fors,
Horrui uidens actionem Ius.
Pro. Tu ante luges, & plena timoris es:
Contine, donec reliqua intellexeris.
Cho. Dic, doce: ægrotis aliquid suaue,
Reliquum præscire dolorem erit manifestè.
Pro. Hoc negotium perfici à me,

Leue

Leue est: intelligere hanc primò uoluistis,
Ipsa suas ærumnas narrante.
Reliqua nunc audite, quas molestias oportet
Ferre hanc à Iunone iuuenem.
Tu uerò Inacheum Inacheum semen, meos sermones
In animo pone, ut finem huius mali discas.
Primò quidem hinc ad solis ortum
Conuersa, ingredere inaratos campos.
Ad Scythas uagos uenies, qui plicatas domos
Sublimes inhabitant, in rotundis uehiculis
Longè iaculantibus arcubus suspensi.
Ad quos ne ito, sed marinis pedes
Occultans cautibus transibis regionem.
A sinistra habitant manu ferrarij
Fabri Chalybes, quos uitare te oportet.
Nam sunt feri, & non affabiles hospitibus.
Venies ad flumen uiolentum non falso nominatum:
Quod non traijcies, nam facile traiectu non est:
Priusquam ad Caucasum ueneris, montium
Altissimum, unde fluuius efflat robur,
Ab ipsis radicibus. aerios uerò oportet
Te uertices superando, meridianam
Adire uiam: inde Amazonum ad exercitum
Venies, uiris detestatum, quæ Themiscyram
Habitant, circa Thermodonta (ubi
Aspera maris Salmydesia maxilla est,
Inhospitalis nautibus, nouerca nauium.)
Ipsæ te deducent libentissimè.

Isthmum uerò in ipsis angustis paludis portis
Cimmericum uenies: quem oportet te fortiter relin-
quendo,
Transire Mæotidem paludem.
Erit semper mortalibus multus sermo
De tuo transitu: Bosporus eiusdem nominis
Vocabitur. relinquens uerò Europæ solum,
In continentem uenies Asiam num uobis uidetur
Deorum tyrannus in omnibus simul
Violentus esse? huic mortali ipse
Volens misceri, hos intulit errores.
Acerbum nacta es, ô puella, tuarum nuptiarum
Procum. quæ nunc audiuisti uerba
Tibi uisa sint neq; sermonum proœmia.
Io. Ah ah, heu heu.
Pro. Tu rursus clamasti, et pungeris. quid uidelicet
Facies, quando reliqua audies mala?
CHo. Quid nam reliqua mala huic dices?
Pro. Tempestuosus pelagus intractabilis doloris.
Io. Quid uidelicet mihi prodest uiuere? sed non ce-
leriter
Proieci meipsam ex hac aspera petra,
Vt ex hoc loco proruens ab omnibus laboribus
Liberarer? nam melius est semel mori,
Quàm semper mala perpeti.
Pro. Quàm molestè meas ærumnas ferres,
Cui nunquam mori constitutum est.
Ipsa mors fuisset dolorum liberatio.

Nunc.

Nunc nullus finis mihi propositus est
Laborum, priusquam Iupiter regno cadat.
Io. Num aliquando principatu cadet Iupiter?
Delectarer, ut arbitror, si illam uiderē calamitatem.
Quomodo non? quæ à Ioue contumelia affecta sum.
Pro. Ex his igitur tibi licet intelligere.
Io. A' quo tyrannicis sceptris priuabitur?
Pro. Ipse à seipso, imprudens consiliorum.
Io. Quomodo, significa: modò ne tibi hoc noceat.
Pro. Contrahet matrimonium, ex quo dolebit.
Io. Deam ducet, aut mortalē? si fas est dicere, dicito.
Pro. Quales erunt illæ nuptiæ, non licet dicere.
Io. Num ab uxore eijcietur solio?
Pro. Quæ pariet filium fortiorem patre.
Io. Neq; est huius fortunæ auersio?
Pro. Non, priusquam ego uinculis soluar.
Io. Quis igitur te soluet, inuito Ioue?
Pro. Tuorum aliquem nepotum opus est esse.
Io. Quomodo dixisti? meus filius te liberabit à ma-
Pro. Tertius decimus generatione. (lis?
Io. Non amplius captu facile hoc uaticinium.
Pro. Et neq; tuos quære intelligere labores.
Io. Ne mihi proponens lucrum, deinde auferr.
Pro. Duorum sermonum altero te donabo.
Io. Qui sit, ostende, mihiq; da electionem.
Pro. Do, elige. aut enim reliquos labores tibi
Dicam manifestè, aut quis me soluturus est.
Cho. Horum partim huic, partim mihi gratiam

Dare uelis, neq; sermones contemne,
Huicq; narra reliquum errorem:
Mihi uerò, qui te soluet. hoc enim cupio.
Pro. Postquam cupitis, non aduersabor:
Omnia quæ uultis, uobis narrabo.
Tibi primò, Io, multiuagum errorem dicam,
Quem tu tabulis memoribus mentium scribes.
Quando transibis fluentum, terminum Asiæ
Ad solis ortum, flammeas solis uias,
Murmur maris transiens ibis, donec exeas
Ad Gorgoneos campos Sistinis, ubi detestatæ
Porcydes habitant, puellæ ualidæ,
Tres cygniformes, communem oculum possidentes,
Vnidentes, quos neq; sol respicit
Radijs, neq; nocturna luna unquam:
Prope sunt hæ tres sorores alatæ,
Dracontinis pilis, Gorgones mortalibus inuisæ:
Quas qui mortalium uiderit, non amplius uiuet.
Hoc tibi uitandum esse dico.
Aliud audi triste spectaculum:
Acutum os habentes, Iouis longè clamantes canes
Aduncos uitabis, unoculumq; exercitum
Bellicosum equitantem, qui aurifluum
Habitat circa meatum Pluronis.
Ad hunc non ibis: remotæ terræ
Venies ad nigram nationem, quæ iuxta solis
Fontes habitat: ibi fluuius Aethiops est.
Huius ad ripas ito, donec traijcias:

Trá-

Traiectum, inde à montibus Biblinis
Mittit uenerandum Nilus potatu bonus fluentum:
Ipse te deducet in Triquetram terram
Nilotim, cuius longam coloniam
Constitutum est tibi & filijs tuis condere.
Horũ si quid tibi incognitum, & inuĕtu difficile est,
Rursus interroga, & disce apertè.
Plus enim mihi est otij, quàm uellem.
Cho. Si aliquid supereſt, quod
Poßis narrare, de huius uago errore,
Dic: si uerò omnia dixisti, nobis rursus gratiam,
Quam petimus, da, & recordare huius.
Pro. Omnem finem profectionis hæc audiuit.
Vt autem sciat, quòd non frustra audiuerit me,
Quæ passa est priusquam huc ueniret dicam,
Hoc signum dans meorum uerborum:
Magnam tamĕ multitudinem relinquam uerborum,
Ad finem tendens tuorum errorum.
Postquam ueniſti ad Moloſſam regionem,
Circaq; altam Dodonem, ubi
Diuinatrix est sedes fatidici Iouis,
Monstrumq; inauditum nominatæ quercus,
Sub quibus tu manifestè & non obscurè
Nominata es Iouis inclyta uxor
Futura esse, aliquid horum tibi arridet.
Inde lymphata littorea
Via ueniſti ad magnum sinum Rheæ,
A quo errabundis curſibus agitaris.

Sequenti tempore Ponticus gurges,
Manifestè scias, Ionicus uocabitur,
Tui transitus monumentum omnibus mortalibus.
Signum hoc tibi erit meæ mentis,
Vt plus appareat quàm dictum sit.
Reliqua uobis hîc in commune narrabo,
In ipsum ueniens antiquorum sermonum uestigium.
Est autem urbs Canopus ultima terræ,
Nili apud ostia & aggerem:
Ibi te Iupiter reddit mentis compotem,
Contrectans intrepida manu, & tangens tantum.
Eiusdem nominis Iouis filiorum
Paries nigrum Epaphum, qui fruetur
Terra, quam latè fluens Nilus irrigat.
Quinta ab ipso generatio quinquaginta natorum
Rursus Argos non inuita ueniet,
Fœminea, fugiens nuptias fraternas
Nepotum: hi uerò mente capti
Circi columbarum non diu relicti,
Venient uenantes non uenatile
Matrimonium. Inuidiam corporum habebit deus.
Pelasgia suscipiet eos, fœmineo
Interfectos Marti, nocturna audacia
Vxor maritum quemq; priuabit uita,
Ancipitem in iugulum immittens ensem.
Talis libido inuadet inimicos meos.
Vnam puellarum mansuetudo demulcebit, ne
Occidat coniugem, sed ut misereatur.

Duarum

Duarum sententiarum unam uolet,
Vocari potius ignaua quàm cruenta.
Ipsa Argis regium pariet genus.
Longo sermone oporteret hæc exactè exquirere.
Ex hoc semine nascetur audax,
Arcubus inclitus, qui me ex his laboribus
Liberabit. tale oraculum antiqua
Mater mihi narrauit Titanis & Themis:
Quomodo, & qua ratione, longum esset
Narrare, & tu nihil intelligens inde lucraris.
Io. Heu heu, ἐλελελσῦ.
Me rursus sideratio, & quæ mentem percellit
Insania, calefaciunt, stimuli cuspis
Me pungit frigida,
Cor timore mentem calcitrat:
Vertuntur oculi in gyrum,
Extra cursum feror rabici,
Spiritu stolido, linguæ imbecillis,
Turbulenti sermones, ferimur temerè
Ad fluctus tristis nocumenti,
Cho. Sanè sapiens erat, sapiens sanè,
Qui hoc tulit sententia,
Et lingua protulit,
Affinitatem contrahere suæ conditionis parem
Multum pr deesset: at neq; diuitijs
Magnificas, neq;
Genere superbas pauper
Amarct nuptias.

Nunquam Parcæ, nunquam
Videatis me consortem lectorum esse,
Neq; coniunctam alicui cœlesti.
Nam timeo, inamabilem uirginitatem
Ius uidens, affectam à Iunone
Non ferendis erroribus laborum.
Mihi uerò æquale matrimonium
Non est terrori: neq; uereor, ut meliorum
Deorum amor incuitabili oculo respiciat
Nam istud est ineluctabile bellum, & necessitatem
Affert ineuitabilem: neq; haberem quò me uerterẽ.
Nam Iouis consilium non uideo quomodo fugerem.
Pro. Certè tamen Iupiter, quamuis sit superbus, mẽ-
Erit humilis, tale optabit (tibus
Matrimonium parare, quod ipsum tyrannico
Solio improuidum ejiciet. patris uerò execratio
Saturni tunc perficietur omnino,
Quam imprecatus est cadens diuturnis solijs.
Talium laborum euersionem nullus deorum
Poterit, me excepto, manifestè demonstrare.
Ego hæc noui, & quomodo ad hæc nunc
Fidens sedeat sublimibus fragoribus
Confisus, quatiens manibus igniuomum telum:
Nihil illum hæc iuuabunt, quin
Cadat turpiter casu non tolerando.
Talem aduersarium parat nunc
Ipse sibi inexpugnabile monstrum,
Qui flammam fulmine potiorem inueniet,

Ac tonitru longè fortiorem strepitum,
Marinumq; terræ quatientem morbum
Tridentem Neptuni arma dißipabit.
Incidens uerò in hoc malum, discet
Quantum dominari & seruire differant.
Cho. Tu nequaquam quæuis loquere de Ioue.
Pro. Quæ perficientur, præterea quæ uolo, dico.
Cho. Expectare ne oportet, ut aliquis dominetur
Pro. Ex his habebit inquietiores labores. (Ioui?
Cho. Quomodo non times talia fundere uerba?
Pro. Quid nã timerẽ, mori mihi non est cõstitutũ.
Cho. Sed tibi ærumnas his molestiores præbebit.
Pro. Faciat igitur, omnia sunt mihi expectata.
Cho. Qui colunt Adrastiam, sut sapientes.
Pro. Cole, inserui, ora imperantem semper:
Mihi nihil minus curæ est, quàm Iupiter.
Faciat, imperet hoc paruo tempore
Vt uult: nam dijs non imperabit diu.
Sed uideo hunc Iouis cursorem,
Tyranni noui ministrum:
Omnino aliquid noui nunciaturus uenit.
Mer. Te acerbè super acerbum impostorem
In deos peccantem, mortalibus
Præbentem honores, furem ignis dico,
Pater iußit, quas iactitas nuptias,
Proloqui, à quibus ipse ejicietur imperio:
Et hæc quidem non obscurè,
Sed inconsultò dic: neq; mihi duplas

Vias proijce Prometheu. uides enim, quòd
Talibus Iupiter non mollitur.
Pro. Grauis, & prudentiæ plenus
Tuus sermo est, tanquam deorum ministri.
Recenter iuuenes imperatis, & putatis
Fœliciter inhabitare cœlum: num ego ex his
Geminos tyrannos cadentes sensi?
Tertium iam imperantem etiam uidebo
Turpiter & celeriter: num tibi uideor
Timere & uereri nouos deos?
Valde & omnino deficio: tu uerò
Viam qua uenisti accelera rursus.
Intelliges enim nihil eorum quæ me interrogas.
Mer. Talibus quidem prius contumacijs,
Te ipsum in tales dolores coniecisti.
Pro. Tuo cultui meam infelicitatem,
Manifestè scias, non mutarem ego.
Melius est, ut arbitror, huic seruire petræ,
Quàm patri dicere Ioui bonum nuncium:
Sic contumelia afficere contumelioſos opus est.
Mer. Gaudere uideris præsentibus malis.
Pro. Gaudeo, gaudentes hîc meos inimicos
Ego sentio, & te inter illos esse dico.
Mer. Me quoq; calamitatibus culpas?
Pro. Vt simpliciter dicam, odio prosequor deos,
Quicunq; bene affecti, malis affiiciunt me iniustè.
Mer. Audio ego te insanientem non paruo morbo.
Pro. Aegrotarem, si inimicos odio habere morbus
esset. Mer.

Mer. Non eris ferendus, si tecum bene agatur.
Pro. Hei mihi. Mer. Hoc uerbum nescit Iupiter.
Pro. Sed docebit omnia senescens tempus.
Mer. Et tamen nondum tu nosti sapere.
Pro. Te autem alloquebar, cum non esses minister.
Mer. Respondes nihil eorum quæ uult pater.
Pro. Et tamen debens penderem illi gratiam.
Mer. Conuiciatus es me, tanquam puerum.
Pro. Non enim puer es, neq; eo dementior:
Num expectas aliquid à me audire?
Non est ius, neq; machinatio, qua
Cogat me Iupiter narrare hæc,
Priusquam soluantur uincula pernicioſa.
Contrà hæc proijciatur comburens flamma,
Candidiori nube & tonitribus
Terrestribus confundat omnia, terreat.
Non enim flectet me, ut hæc dicam,
A' quo oportet illum cadere regno.
Mer. Vide nunc, an hæc remedia tibi uideantur.
Pro. Visa iam hæc, & consulta olim.
Mer. Audebis audebis, ô fatue, tandem
Ad præsentes labores sapere.
Pro. Turbas me frustra, tanquam fluctus consolans.
Da operam, ne tandem ego tanquam Iouis
Sententiam ueritus, effœminatis seruiam,
Et inuocem magnum inimicum.
Muliebribus supplicationibus manuum.
Solue me ab his uinculis, omnino rogo.

Mer.

Mer. Dicens uisus sum multa frustra dicere.
Neq; molliris, neq; mitigaris precibus
Meis, mordens frenum tanquam recenter cõiugatus
Pullus uim infers, contráq; habenas pugnas,
Vehemensq; es consilio infirmo.
Contumacia ei, qui non sapit bene,
Ipsa per se nihil potest.
Vide si non meis uerbis persuadearis,
Quanta in te tempestas, & malorum procella
Veniet ineuitabilis. primò quidem asperam
Conuallem tonitru & fulminea flamma
Pater dißipabit, in hacq; ocultabit corpus
Tuum, cauata petra feriet te:
Ibi longum tempus perficiens,
Rursus in lucem uenies: Iouis uerò
Alatus canis cruenta aquila, uoraciter
Lacerabit corporis magnam fißuram,
Non uocata ueniens, uorans quotidie
Nigrum hepar conuiuabitur.
Talis laboris finem ne expecta,
Donec aliquis deorum succeßor tuorum laborum
Apparuerit, uolueritq; tenebrosum ire in
Orcum, obscurumq; antrum tartari.
Ad hæc consulta: nam non ficta est
Hæc iactantia, sed ualde uera.
Mentiri nescit os
Iouis: sed quæ dicit, perficit. tu uerò
Vide, & curam adhibe, neq; contumaciam

Consul-

Consultatione meliorem putes esse.
Cho. Nobis quidē Mercurius non uidetur intēpesti
Dicere: iussit enim te contumaciam (uā
Relinquere, & scrutari sapiens consilium.
Pare: turpe est sapientem peccare.
Pro. Mihi scienti hoc nuncium
Iste uociferatus est, affici malis
Inimicum ab inimicis non est molestum.
Ad hæc mihi proijciatur
Ignis anceps fax, æther
Commoueatur tonitru, inflammationeq;
Sæuorum uentorum, terram uerò funditus
Ex ipsis radicibus quatiat uentus,
Fluctus uerò maris uiolenti impetu sepeliat me,
Et in solum cœlestium astrorum,
Aut in nigrum tartarum penitus
Proijciat corpus meum necessitatis
Grauibus turbinibus, omnino me non interficiet.
Mer. Talia sanè furiosorum
Consilia & uerba licet audire.
Quid iam deest non insanire?
Cho. Si hæc bene acciderint, remittet furores.
Mer. Sed enim uos nocumentis huius
Laborantes, ab hoc loco
Secedite statim,
Ne mentes uestras stolidas faciat
Tonitru sonitus terribilis.
Cho. Aliud dic, & narra,

Vt me persuadeas. non enim hoc
Tolerando sermone abstraxisti me.
Quomodo iubes me malitiam exercere?
Cum hoc quoniam quæ oportet pati uolo.
Proditores enim odio prosequi didici:
Neq; est morbus ullus, quem magis oderim.
Mer. Sed memores sitis eorum quæ prædico,
Ne à malo captæ
Accusetis fortunam: neq; unquã dicatis, quòd Iupiter
Vos in improuisum malum coniecerit.
Sed ipsæ uos ipsos accusate.
Absit ut ipsæ uos ipsas scientes,
Neq; repentè, neq; occultè,
In infinitum rete doloris
Implicetis ab ignoratione.
Pro. Et tamen opere, & nõ amplius sermone, terrá
Fremens sonus resonat (concussa est:
Tonitru, faces splendent
Fulminis ignitæ, turbines pulueréq;
Torquent, insultant uentorum
Spiritus omnium inter se,
Contrarij seditionem excitant.
Mixtus est aer mari.
Talis impetus à Ioue mihi
Contingens, mouet metum manifestè.
O matris mei cultus, ô omnibus
Aether commune lumen uoluens,
Vides me quàm iniusta patior.

PROMETHEI FINIS.

ARGVMENTVM

TRAGOEDIAE SEPtem duces ad Thebas.

LAius Labdaci filius regnauit Thebis, uxorẽ adeptus Iocastem filiam Menœcei: qua cum congredi, filiosque generare non audebat, ueritus Pelopis imprecationes. Aiunt enim, filium Pelopis Chrysippum (qui ei ex altera uxore natus erat, & non filiâ Oenomai Hippodamiâ) Laium rapuisse, amore eius captum: cũq; ipso cõcubuisse, ac primũ inter homines puerorum abusum (quemadmodũ Iupiter inter deos, rapto Ganymede) exemplum præbuisse. Quod cũ intellexisset Pelops, precatus est, Laium à propria prole interfectum iri. Postquam iam dicto modo Laius sine liberis consenuisset, Apollinis oraculum accessit, interrogaturus num oporteret liberos generare? retulit uerò illi uaticinium: Ne semina sulcum natorum inuitis dijs. Cum uerò accepisset oraculum, & profectus esset, cauit ne cum propria uxore dormiret. Vno uerò die uino grauatus, cum uxore sua congressus est: ex qua suscepit Oedipum. Timens igitur oraculum, dicens, si filium genueris, interficiet te natus, quemadmodum Pelops imprecatus erat: iamque natus esset Oedipus, perforatis illi pedibus, catena aurea fibulans, Citheroni eum imposuit. Inuenientes uerò illum quidam pastores, & accipientes, attulerunt regi Corinthi Polybo. qui cũ eum accepisset, curæ dignum putauit, & ad uiri ætatem eum perduxit. Deinde uerò Oedipus ab ali-

quo iniuria & contumelia affectus, quòd spurius, & non legitimus Polybi esset: profectus est, interrogaturus Pythiam uidelicet, ad oraculum Apollinis, quis nã esset, & cuius filius? Dixit illi oraculũ: Tibi constitutum est, patrem tuum interficere. Cũ uerò audiuisset oraculum, noluit Corinthũ reuerti ad Polybum, propter ea quæ dicta erant: nam putabat, oraculum patrem suum Polybum, matremque suam eius uxorem dixisse. Profectus est igitur Thebas uersus, ac proficiscebatur illac Laius quoque, eius pater. proficiscens q; ille ad oraculũ percontaturus, quid de filio suo expositio Oedipode actũ esset? Cum uerò occurrissent ambo, Laij satellites Oedipo dixerũt, Cede uiâ hospes regi. ille uerò non paruit: percussus uerò à Laio, furebat supra hoc: Laium q;, ac omnes qui cum eo erant interfecit, uno solo relicto, qui domum reuersus omnia renunciauit. Cum q; uenisset Oedipus postea Thebas, inuenit magnum malum illis imminens: nempe Sphingã, quæ ænigmata proponebat: & qui nõ poterat ei soluere, hunc uorabat. Propositum uerò erat à Thebanis, inuenicti ænigma Sphingis, Laij uxorem Iocastem præmium ei fore. Dicente uerò Sphinge ænigma hoc: Bipes, tripes, quadrupes: (quod denotat hominem) inuenit illud Oedipus. Spinx uerò furens, seipsam interfecit. Congressus igitur Oedipus propria cum matre, liberos genuit quatuor: Polynicem, Eteoclem, Antigonẽ, & Ismenem. Tandem uerò intelligẽs, se incestũ patrasse: seipsum obcæcauit, atque his iam nominatis filijs regnum reliquit. Postquam uerò illum hi in cellulã inclusissent, imprecatus est illis, ut ense & bello regnum diuiderent. Hac de causa ueriti simul

esse

esse Thebis, regnare destiterunt. Conuenerunt uerò, ut uno egresso urbe, ac peregrè profecto, alter unum annum regnaret: uicissimq; hoc abeunte, rediens alter teneret imperium, ut hoc modo execrationes effugerent. Polynices igitur maior natu, renuit annum integrum regnum: deinde exiuit, Eteocli concedens regnum. Adimpleto uerò tempore ad regnandum, Polynices, ut constitutū erat, Thebas uenit. non receptus autem à fratre, Argos ad regem Adrastum profectus est: eiusq; gener, ducta eius filia, fuit, hac occasione ut iuuaretur ab Adrasto, ad reuertendum in propriam urbem, et regnum occupandum. Cum uerò magnas copias Argis accepisset, Thebas profectus est contra fratrem proprium: ibi ille & frater eius, mutua cede occubuerunt.

Scena huius fabulæ disposita est Thebis: Chorus uerò ex Thebanis uirginibus est. Argumentū uerò, exercitus Argiuorum, obsidens Thebanos, hosque uincentes: mors Eteoclis & Polynicis. Inscribitur argumentū, Septē ad Thebas: propterea quòd septem duces custodiunt septem portas. Sunt uerò hę Thebæ, septem: quę uerò in Aegypto, centum portarum.

FABVLAE PERSONAE.

Eteocles.
Chorus uirginum.
Antigone.
Nuncius speculator.
Ismene.
Caduceator.

PRAEFATVR ETEOCLES POPVLVM Thebanum ad præsidium urbis præparans.

Hebani ciues, quæ opportuna sunt, opus est dicere.
Quicunq; negotiorũ curam habet, in puppi ciuitatis
Habens clauum, palpebras ne det somno.
Si bene nobiscum agitur, causa dijs tribuenda est:
Si uerò uicissim (quod ne contingat) calamitas acciderit,
Etheocles unus multus per ciuitatem
Conuicijs afficiatur procœmijs tumultuosis,
Et fletibus: quibus Iupiter defensor,
Nominatus sit Thebanorum urbi.
Vos uerò oportet nunc, & eum qui adhuc
Impubes est, & eũ qui tẽpore excessit ex pubertate,
Florens ac crescens, multum corporis
Vigorem habere quemq;, ut decet,
Vrbemq; iuuare: deorum patriorum
Aba ris, nunquam honores delere:
Filiosq; & matrem charissimam, terram altricem.
Quæ enim ueniẽtes iuuenes in propitium campum,
Omnia admittens labore disciplinæ,
Aluit incolas scutatos
Fideles ut sitis in hoc opere.

Et

Et nunc in hoc die benè uertat Deus:
Nam hoc tempore turrium custodibus,
Fœliciter plerumq; bellum ex dijs succedit.
Nunc uerò ut uates ait auium pastor,
In auribus considerans & mentibus sine igne,
Fatidicas aues uera arte:
Ipse talium uaticinationum dominus
Dicit, maximam incursionem Græcanicam
Noctu deliberare, & insidiari urbi.
Sed ad propugnacula, & portas turrium
Festinate omnes, cum armis:
Implete thoraces, & in tabulatis
Turrium state, & in exitibus portarum
Manentes, confidite: neq; hostium
Timete admodum multitudinem, bene uertat Deus.
Speculatores ego, & exploratores exercitus
Missi, quibus persuasi ne frustra iter aggrederentur,
Vt illos audiens non capiar dolo.
Nun. Eteocles, optime Thebanorum rex,
Venio inde ab exercitu manifesta ferens:
Ipse sum negotiorum explorator.
Viri enim septem bellicosi præfecti
Bouiuoræ in nigro scuto,
Tangentesq; manibus taurinum cruorem,
Martem, Bellonamq;, & sanguini amicam cædem
Iurarunt, aut ciuitati disruptiones
Ponentes perdere Thebanorum urbem ui,
Aut oppetentes terram hanc macerare sanguine:

Monumentaq; mittebant domum parentibus suis.
Præterea currũ Adrasti manib. coronabant, lachry
Fundẽte: nulla misericordia uerò erat in ore. (mas
Ferreus enim animus uirilitate accensus,
Spirabat tanquam leonum martem intuentium.
Rumor horum pigritiâ non cunctabitur,
Sortientes eos reliqui, sorteq; assecutus
Vnusquisq; ipsorum ad portas agmen duceret.
Itaq; optimos quosq; electos uiros urbis
Portarum in exitibus constitue celeriter.
Propè enim Argiuorum armatus exercitus
Accedit, festinat: campos uerò alba spuma
Inquinat guttis equitum spirantium.
Tu uerò tanquam nauis bonus gubernator,
Muni urbem, priusquam irruat rabies
Martis. boat enim tumultus terrestris exercitus.
Hanc uerò occasionem tanquam celerrimus accipe.
Ipse postea fidelem speculatorem
Oculum habebo: & consentanea rationi
Sciens, extra portam eris incolumis.
Ete. O Iupiter, Terra, & patroni dij,
Execratio & furia patris præpotens,
Ne meam urbem oppressam funditùs
Extirpetis, captiuam Græciæ
Vocem fundentem: & domos proprias,
Liberamq; terram, & Cadmi urbem,
Iugis seruitibus nequaquam habeatis.
Estote auxilio, communia spero me dicturum:

Cum

Cum fœlix est urbs, deos honorat.
Cho. Lugeo terribilia & magna mala.
Dimittitur exercitus castra relinquens,
Decurrit huc multus populus, præcurrens equites,
Aetherius puluis me persuadet uisus,
Mutus manifestus, & promptus nuncius,
Excitator conculcatusq; campo
Appropinquat, clamor uolat, fremit
Instar aquæ murmurantis inexpugnabilis.
Heu heu, heu dij
Et deæ, præsens malum arcete.
Clamat pro mœnibus
Scutum habens album, surgit populus
Structus in urbem irruens.
Quis defendet? quis auxiliabitur
Deorum aut dearum?
Vtrum ego accidam statuis
Deorum? heu defensores dij,
Tempus est habendi statuas quid cunctamur
Luctuosi? auditis, aut non auditis clypeorum
Strepitum? peplos & coronas
Circa preces habebimus?
Strepitum audiui, strepitumq; non unius hastæ,
Quid facies? deseres ô Mars terrisenex
Tuam terram: ô auream qui habes galeam dæmon,
Respice respice urbem,
Quam tandem charam posuisti. dij
Patroni uidete omnes,

Videte uirginum supplicem cateruã pro seruitute,
Tumultus per urbem galeatorum
Virorum strepitat flatibus
Martis horrens concitatus.
Sed ô Iupiter pater, perfecte omnino
Arce hostium expugnationem. nam Argiui
Cadmi urbem circundant.
Metus uerò martialium armorum,
Vinctaq; maxillis equinis
Incutiunt metum frena.
Septem fortes uiri ornati de exercitu
Fortibus scutis, septem portis
Adsunt, sorte assecuti.
Tu uerò generosum robur pugnæ amans,
Liberatrix urbis sis ô Pallas:
Equestrisq; pontipotens rex
Tridente machina Neptune
Solutionem metus, solutionem da.
Et tu Mars, heu heu Cadmi denominatam
Vrbem custodi, & cura exactè.
Et Venus, generis tritauia,
Adiuua: tuo ex sanguine
Nati sumus, precibus te
Religiosis uociferantes adimus.
Et tu Lyciæ rex, terribilis esto
Exercitui hostili, qui uocem habet gemebundam.
Tu uerò
Latonâ nata puella, arcum bene tende

Diana

Diana chara: heu heu, strepitum curruum
Circa urbem audio, ô ueneranda Iuno:
Resonuerũt fistulæ onustorum axium.
O chara Diana, heu heu,
Hasta concussus æther furit:
Quid urbs nostra patitur, quid fiet?
Quò tandem finem ducet deus, heu, heu, heu.
Ad alta propugnacula uenit lapis,
O charißme Apollo: strepitus in portis est
Aencorum scutorum, ex Ioue
Bellicus finis castus in pugnis est.
O beata regina Minerua, ante urbem constituta,
Septem portarũ solum protege: heu præpotẽtes dij,
Heu perfecti perfectæq; huius terræ turriũ custodes,
Vrbem hastatam ne tradatis exercitui barbaro.
Audite uirgines, audite iustas omnino
Electas preces: heu chari dæmones,
Liberatores circum urbem euntes,
Ostendite quòd urbem amatis,
Vobisq; curæ sunt delubra plebcia.
Curantes uerò succurrite,
Religiosorum uerò sacrorum
Sponsi estis mihi.
Ete. Vos interrogo, greges non tolerandos,
Vtrum hæc optima, & urbi salutaria sunt,
Exercituiq; audacia huic turres custodienti,
Cadentes ad statuas defensorum deorum
Clamare, uociferari prudentibus odiosa.

Neq; in malis, neq; in fœlicitate chara,
Conturbernalis fuero muliebri generi.
Nam confidens truculenta est audacia,
Verita & domo & urbi plus mali.
Et nunc ciuibus cursores fugas
Ponentes, iniecistis examinem ignauiam.
Ea quæ sunt extra portam, tanquã optima, iuuate:
Ipsi ab ipsis intus expugnamur.
Talia cohabitans muliebribus habebis.
Quod si quis meo imperio non audiens fuerit,
Vir & mulier, horumq; medium,
Calculus pernicioſus contra ipſos conſtituetur,
Lapidariam populi ne effugiat mortem.
Curæ sit uiro, ne mulier consultet
De his quæ foris sunt, intus existens ne dãnũ inferat.
Audiuisti, aut non audiuisti? an surdæ loquor?
Cho. O chare Oedipi fili, timui audiens
Currũum strepitum, strepitum,
Tubæ clanxerunt flexæ,
Equitumq; uigilum clauorum per os
Fabrilium frænorum.
Etc. Quid igitur nauta in proram fugiens
Ex puppi, inuenit machinationem salutis
Nauis labor antis in marino fluctu?
Cho. Sed ad dæmonum præcursor ueni
Statuas confisus dijs antiquas,
Quoniam pernicioſæ niuis ingentis
Strepitus est in portis, iam delatus sum metu

Ad beatorum preces, urbem
Vt subsidio protegant.
Ete. Turrim optatis protegere ab hostium hasta?
Cho. Igitur hæc erunt à dijs. Etc. Deos autem
Capta urbe deficere, dicitur.
Cho. Ne tandem meo tempore deficiat deorũ hæc
Congregatio, neq; uideam
Percursam urbem,
Et exercitum crematum igni hostili.
Ete. Ne mihi deos inuocans, consulas malè.
Obedientia erga principes enim est felicitatis
Mater, seruatoris uxor. sic se res habet.
Cho. Est autem dijs fortitudo potentior,
Quæ sæpè in malis improuidam
Ex molesta anxietate supra oculos
Suspensam nubem expellit.
Ete. Virorum hæc sunt, uictimas & facinora
Dijs facere hostium lacessentium:
Tuum uerò uicissim tacere, & manere domi.
Cho. A dijs urbem incolimus indomitam:
Hostium turbam turris arcet:
Quid hæc inuidia odit?
Ete. Non prohibeo tibi deorum genus honorare,
Modò ne ciues ignauos reddas:
Quietus esto, neq; admodum time.
Cho. Nouum audiens tumultum, cum
Terribili metu in hanc arcem
Venerandam sedem ueni.

Ete. Ne nunc etiam si mortuos, aut uulneratos
Intelligatis, eiulatibus prosequamini:
Tali mortalium cruore Mars pascitur.
Cho. Attamen audiui equestres fremitus.
Ete. Ne nunc audiens, perspicue audias nimis.
Cho. Gemit urbs è terra tanquam circundata.
Ete. Mihi igitur sufficit de his consulere.
Cho. Timeo, tumultus in portis augetur.
Ete. Non taces? nihil horum dic contra urbem.
Cho. O cognatio, ne prode turres.
Ete. Non ad mortem tacens feres hæc?
Cho. Dij indigenæ, ne assequar seruitutem.
Ete. Tu in seruitutem rediges me & urbem.
Cho. O præpotens Iupiter, cõuerte in hostes iacula.
Ete. O Iupiter, quale mulierum præbuisti genus?
Cho. Flagitiosum, ut uiri sunt, quorũ urbs capta est.
Ete. Obmutescis rursus tangens statuas?
Cho. Ignauiâ linguam rapit metus.
Ete. Mihi roganti, si leuem dederis finem.
Cho. Si quàm citò dixeris, fortè sciam.
Ete. Tace misera, ne terrefacias amicos.
Cho. Taceo, cum alijs patiar fatum.
Ete. Hoc enim uerbum pro illis eligo à te:
Et cum hîs, sine statuis,
Opta meliora, deos esse auxiliatores:
Meaq; uota audiens, deinde
Eiulatum sacrum propitium canta,
Iuxta Græcanicum morem clamoris sacrificij,

Amicis

Amicis audaciam præbebis soluens hostilem timorẽ.
Ego uerò regionis patronis dijs,
Paganisq;, & fori speculatoribus,
Dircæq; fontibus, neq; ab Ismeno dico
Rebus bene accidentibus, seruataq; urbe,
Quibus stillantes sanguinem aras deorum,
Taurosq; occisos dijs, hìc uoueo
Ponere trophæa, ad sepulchra hostium,
Exuuias uerò castis domibus hostium ferro partas.
Talia uoue non querule dijs,
Neq; in uanis & sæuis suspirijs.
Nam nequaquam magis effugies fatum.
Ego ad sex uiros me cum septimo
Aduersarios hostibus magnopere,
Ad septem portas ordinabo proficiscens,
Priusquam nuncij impetuosi & celeres
Sermones ad nos ueniant, & urant præ necessitate.
Cho. Cura, præ timore non quiescet cor:
Vicinæ cordi solicitudines inflammant me,
Metus populum obsessorem,
Draconem tanquam ob causam prolis
Verita est lectorum
Laborans difficultate nidificandi omniũ prædæ exposita columba.
Certè enim ad turres cateruatim
Et gregatim cunt, quò me uertam?
Quid in dubios inijciunt
Ciues telum lacrymosum?

Omnẽ

Omni modo ô generosi
Dij urbem & exercitum Cadmigenam defendite.
Quale dabitis terra solum
Hæc melius, hostibus relinquentes
Optimam terram, aquamq; Dircæam,
Feraciſsimam fluuiorum,
Quoscunq; emittit perterricrepus Neptunus
Filijq; Tethyos. Præterea defensores
Dij, illis qui extra mœnia sunt, pernicioſum
Et uastans nocumentum inijcientes, habebitis
Laudem: ciuibus uerò & urbi custodes
Tuti state, luctuosis precibus.
Miserum enim, urbem antiquam
Plutoni mittere, captam hastâ,
Scruilem tenui puluere,
A uiro Achæo diuinitùs depopulatam,
Dedecus erit: manu hasq; captas ducere, heu heu,
Puellas & matronas, equorum more,
Circum rumpentium ucla capillorum.
Clamat urbs uacua,
Prædâ corruptâ clamore mixtâ.
Atrocem fortunam timeo.
Lacrymabile est puellis, crudeliter
Ante iura connubialia migrare
Ex domibus suis inuisa uia,
Quid prædico eum qui interijt,
Meliora his habere?
Multa sunt, quando urbs expugnata fuerit,

Hea

Heu heu infœliciter agere: alius alium
Ducit, interficit, hæc ignem ferunt,
Fumo uerò inquinatur omnis urbs.
Furens uerò inspirat hominum domitor
Cruentans pietatem Mars
Eiulatus it per urbem, per urbem
Machina turrica, à uiro
Vir hasta interficitur, eiulatus cruenti
Lactentium pueriles strepunt:
Rapinæ discurrerunt fraternæ.
Congreditur onustus onusto,
Vácuusq; uacuum prouocat,
Consortem uolens habere
Neq; minus neq; æqualiter cupiens.
Quædam ex his conijcere possunt ratione.
Omnigena uerò fructus in terram cadens
Molestia est illis qui eũ inciderũt, acerb. oculus cubi
Multum immensarũ frugũ terræ donũ (cularioru,
Inutilibus fluctibus fertur.
Famulæ uerò communia patientes iuuenes
Miseræ, cubile captiuum uiri
Fœlicis tanquam longè inimici habebunt.
Spes est nocturnum finem accedere,
Flebilium dolorum adiutorem.
Sem. Certè speculator, ut mihi uidetur, exercitus
Nuncium aliquod nobis nouum, ô amicæ, fert
Citato cursu persequens misorios strepitus pedum.
Attamen rex ipse Oedipi filius

Cupi-

Cupit recentem nuncij sermonem intelligere:
Festinatio non adæquabit pedem huius.
Nun. Dicerem sane, probè sciens res hostium,
Quomodo quisq; in portis sortem adeptus sit.
Tydeus quidem iam ad portas Prætias
Strepit, uadum uerò Ismenum non sinit illum trãsire
Vates, nam sacrificia non sunt pulchra.
Tydeus furens, & pugnæ cupidus,
Meridianis clangoribus tanquam draco clamat,
Inceßit probris uatem Oeclidem sapientem:
Blandiri dicit eum, blandiri morti, & pugnæ ignauæ
Talia uociferans, tres fuscas cristas (uiã.
Quatit, galeæ cæsariem: ab huius clypeo
Aeneæ clangunt tubæ metum.
Habet excellens signum in clypeo hoc,
Flammans ab astris cœlum factum:
Splendens uerò plenilunium in medio clypeo,
Antiquißimus astrorum noctis oculus eleganter pictus est.
Hæc iactans fastuosis armis,
Boat apud ripas fluminis, cupidus pugnæ,
Tanquam equus contra fræna insaniens furore,
Qui tanquam clangorẽ tubæ expectans gestit.
Quem oppones illi, qui Prætæ portarum
Claustris apertis, idoneus imperandi est.
Ete. Ornatum quidem uiri timerem nullum:
Cristæ & tuba non mordent, sine hasta.
Et noctem hanc, quam dicis in clypeo

Astris

Astris splendentem cœli assequetur,
Fortéq; uates erit stoliditas alicui.
Si enim nox in oculos cadat morienti,
Huic ferenti hæc superba insignia,
Essent rectè & iustè denominata,
Ipséq; contra seipsum contumeliam uaticinaretur.
Ipse uerò Tydeo probum Astaci filium
Nunc opponam, præfectum portarum
Admodum generosum, thronumq; pudoris
Venerantem, odioq; habentem superbos sermones.
Turpe enim otium esse ducit, & nõ cupit esse malus:
Ab Spartanis uiris, quibus Mars pepercit,
Genus traxit, admodum uerò indigena est
Melanipus, opus autem Mars decernet forte.
Ac de causa potißimum ipsum Deus ordinat,
Vt arceat ab alma matre hostilem hastam.
Cho. Meum defensorem nunc fortunatum esse
Dij permittant, quemadmodum iustè urbis
Propugnator concitatur: horreo cruentas
Videre cædes meorum amicorum, qui occubuerunt.
Nun. Hunc quidem hoc pacto bene fortunatum esse
dij permittant.
Capaneus uerò Electras portas assecutus est.
Gigas uerò alius, eo qui dictus est
Maior, fastus est non humanus,
Turrib. minatur atrocia: quæ non perficiat fortuna.
Nam Deo uolente se expugnaturum urbem,
Aut nolente uolente ait: neq; Iouis

Certamen, cadens in terram, impedimento fore:
Fulgetra & fulmina
Meridiano æstu assimilauit.
Habet autem insignia, uirum nudum igniferum,
Splendet fax præ manibus armata.
Aureis uerò literis, dicit, Comburam urbem.
Huic uiro mitte, qui cum eo congrediatur,
Qui uirum superbientem non timens expectet.
Ete. At huic lucro aliud paritur lucrum.
Vani fastus uiris
Lingua est uerus accusator.
Capaneus minatur armatus patraturum se in nos mala,
Deos contemnens, & acuens os,
Stulto gaudio cum sit mortalis, in cœlum
Mittit clamatq; Iou tempestuosa uerba.
Confido illi cum iusticia igniferum
Venturum fulmen, non simile
Aestu solis meridiano:
Vir pro ipso, etsi admodum iactabundus sit,
Ardens paratus est fastu homicida,
Potens præsidium, præsidis
Dianæ fauore, cum alijs dijs:
Dic alium, sortitum alias portas.
Cho. Pereat, qui magna iactat contra urbem.
Fulminis uerò iaculum occupet ipsum,
Priusquam in meam domum irruat,
Et uirgineas sedes
Superba hasta tandem euacuet.

Nun.

Nun. Attamen inde qui sortitus est portas,
Dicam. tertio enim Eteocli tertia sors
Ex galea accidit æris resupini,
Vt admoueret cohortem portis Neitis.
Equos uerò phaleratos frementes
Circumducit uolente ad portas corrucre.
Tubæ clangunt barbaro more,
Flagitiosis flatibus plenæ,
Ornatus est clypeus non mediocriter.
Vir armatus scalarum per gradus
It ad hostium turrim depopulari uolens.
Boat uerò ille sic articulatè,
Vt si neq; Mars ipsum eijciat è turribus.
Et huic uiro mitte idoneum,
Arcendi ab urbe hoc seruile iugum.
Ete. Mittam iam hunc, cum fortuna uerò huic.
Iam mittitur non factum habens in manibus
Megareus Creontis filius, semẽ generis Spartanorũ:
Qui neq; ignauorum hinnituum equorum
Strepitum timens exibit urbe,
Sed uel moriens mercedem educationis rependet ter (ræ,
Aut duos uiros & urbis insignia in clypeo
Auferens, exuuijs domum paternam ornabit.
Iacta de alio, neq; parce dicere.
Cho. Opto enim ut huic bene,
Heu defensor mearum domorum, illis uerò malè succedat.
Et quemadmodum superba dicunt contra urbem

Furenti mente, sic ipsos
Iupiter indignans, iratus inspiciat.
Nun. Quartus alius uicinas portas habens
Oncas Athanas, cum clamore astat,
Hippomedontis figura, & magnus strepitus:
Aequor magnum clypei circulum dico.
Horrui eo rotante, non aliter dicam:
Qui insignia fecit, non sanè ignobilis erat.
Qui hoc opus apposuit clypeo,
Typhona emittentem igniuomum per os
Fumum nigrum, celerem ignis fratrem:
Serpentum uerò spiris, qui circundat clypeum,
Limbus prætextus est.
Ipse uerò iubilauit, concitus marte.
Clamat ad auxilium tanquam Baccha uidens metũ.
Huius uerò uiri experientia uitanda est:
Metus iam ad portas iactatur.
Ete. Primò quidem Onca, Minerua urbi uicina,
Portis propinqua uiri odio habens contumeliam,
Arcebit illum à pullis tanquam draconem rapidum.
Hyperbius uerò inclytus Oenopis filius,
Vir contra uirum hunc electus est, uolens
Cognoscere fatum, periculo fortunæ:
Neq; forma neq; animo, neq; armorum habitu
Reprehendendus, Mercurius conuenienter congre-
gauit.
Hostis enim uir huic uiro constituetur.
Conferent hostes in clypeis

Deos.

Deos.nam ille igniuomum Typhona habet,
Hyperbio uerò Iupiter pater in clypeo
Firmus ſedet,in manu miſsile ferens.
At nondum uidit aliquis Iouem uictum.
Talis quidem eſt deorum amicitia.
Cum uictoribus ſumus nos, illi cum uictis.
Conſentaneum eſt uiros ſic agere aduerſarios.
Si Iupiter Typhone pugna ſuperior eſſet,
Hyperbio ratione inſigniorum
Seruator Iupiter eſſet in clypeo contingens.
Cho. Confido iam Iouis imaginẽ habentẽ contrariã
Inuiſum in ſcuto terreſtris corpus
Dæmonis inimicum ſimulachrum,mortalibusq;
Ac longæuis dijs.
Ante caput portas confractum.
Nun. Sic fiat.rurſus quintum dico,
Ordinatum quinta borreali porta,
Iuxta ſepulchrum generoſi Amphionis.
Iurat uerò,quam habet haſtam,ſe magis quàm deum
Colere,elatus nimio ſupercilio.
Se tamen perditurum urbem ui
Haſtæ:hoc clamat ex montana matre
Germen pulchrum,in pueritia uir.
It modò per genas illius lanugo,
Pube naſcente, creber exurgens pilus.
Sæuam,& non uirgineam
Mentem habet,tetrumq; habens oculum aſtat.
Non tamen ſine iactantia imminet portis.

Probrum enim urbis in æneo
Scuto, rotundo corporis propugnaculo,
Sphinga crudiuoram aptatam
Clauis, quatiebat splendens uibrans corpus.
Fert sub ipso clypeo uirum Thebanum unum,
Vt quàm plurima in uirum mittat iacula.
Veniens uerò uidetur non cauponaturus pugnam,
Longæ uiæ non fœdare transitum,
Parthenopæus Arcas: talis uerò uir ille
Peregrinus, Argis rependens pulchram educationẽ,
Turribus minatur atrocia: quæ utinam nõ perficiat.
Ete. Si enim assequantur quæ à dijs cupiunt
Illis ipsis profanis iactationibus,
Certè malè peribunt pernicioſi.
Est etiam hìc, quem uocas Arcada,
Vir minimè superbus, manus uerò uidet strenuitatẽ.
Actor illius frater, qui iam dictus est:
Qui non sinet linguam sine opere
Intra portas fundentem mala crescere:
Neq; infligere inimicissimæ bestiæ morsus,
Effigiem ferentem in hostili scuto:
Quæ extra muros introferentem accusabit,
Densos applausus habens sub urbe.
Dijs uolentibus uera dicam ego.
Cho. It sermo per pectus,
Stat cæsaries surrectorum pilorum,
Magna iactabundorum
Audiens profanorum uirorum: utinam

Dij hos perdant in terra.
Nun. Sextum dicam uirum prudentißimum,
Et robore optimum, & uatem Amphiaraum:
Qui ad Omoloidas portas ordinatus,
Malis perſequitur diu Tydea
Homicidam, huius urbis turbatorem,
Maximum Argis malorum præceptorem,
Eriunyos uiatorem, & cædis miniſtrum,
Horumq; malorum Adraſto conſultorem,
Et tuum rurſus confatalem fraternum,
Nominans nomen Polynicis,
Bis in morte nomen nominatè
Vocat. dicit uerò hoc uerbum ex ore:
Certè talę opus & dijs gratum,
Pulchrum auditu, & dictu poſteris.
Vrbem paternam, deosq; penates
Ad prædandum peregrino exercitu irruentem,
Matrisq; fontem quæ iuſticia mitigabit:
Patria terra tua opera haſta
Subacta, quomodo tibi auxiliatrix erit?
Ego uerò pinguefaciam hanc terram,
Vates occultatus ſub terra hoſtili.
Pugnemus, non enim turpem ſpero mortem.
Talia uates clypeum habens rotundum
Aeneum dicebat, non uerò ſcuto inerant inſignia:
Nam non uult uideri, ſed eſſe bonus,
Poſſidens profundum ſulcum mentis,
Ex quo proba orientur conſilia.

Huic sapientes & probos aduersarios
Mittere probo: fortis est, qui deos colit.
Ete. Heu auspicium, quod coniungit mortalibus
Iustum uirum his improbissimis.
In omni negotio uerò est conuersatione mala
Nihil peius, fructus non reponendus.
Nocumenti mortem terra præcipit.
Pius uir enim aut nauim conscendens
Cum nautis callidis, & astutia quadam indutis,
Perit cum hominum genere inuiso dijs:
Aut cum ciuibus uiris, iustus existens,
Inhospitalibus, deorumq; immemoribus:
Assecutus meritò hanc cladem
Domatur, percussus flagello Dei communi.
Iste uates uerò (filium Oiclei dico)
Prudens, iustus, probus, generosus uir,
Magnus prædictor, improbis mixtus,
Imprudentibus uiris mentium ui,
Contendunt uenire magno comitatu ad urbem.
Ioue uolente, unà cum illis trahetur.
Arbitror enim ipsum non instare portis,
Tanquam ignauum, neq; malitia consilij:
Sed nouit quòd se oportet occumbere pugna,
Si fructus erit uaticinijs Apollinis.
Cupit tacere, aut dicere opportuna.
Tamen illi uirum Lastonem
Inhumanum ianitorem opponemus,
Senem mente, corpore pubescentem natura.

Velo-

Veloci oculo, manu non tardus est,
Sine clypeo nudatam arripere hastam.
Dei uerò donum est, mortales fœlices esse.
Cho. Audientes dij iustas preces
Nostras, efficite ut urbs fœlix sit:
Quæ imminent ab hastis mala, uertentes
Ad migratores terræ, extra turres uerò
Iaculans Iupiter ipsos interficiat fulmine.
Nun. Septimum iam, qui in septima est porta,
Dicam, tui ipsius fratrem. urbi
Tales optat, & imprecatur fortunas.
In turres ascendens & edicens terræ
Captiuum Pæana, & uociferans
Tecum se conflicturum: & postquam te occiderit,
propete interibit.
Aut uiuentem infamem te tanquam uiri expulsorē,
Fuga hunc ipsum hoc ulcisci modo.
Talia petit, & deos penates
Inuocat propriæ terræ, auditores precum
Suarum esse omnino, Polynices.
Habet scutum aptum recenter fabricatum,
Dupliciáq; insignia elaborata,
Aureum hominem militem uisu.
Ducit mulier prudenter præiens.
Iusticia sanè esse dicit, ut ferunt literæ.
Reducam uirum hunc, & urbem
Habebit, paternarumq; domorum habitationes.
Talia sunt illorum inuenta.

Tu uerò ipſe iam cogita quem mittere putes,
Vt nunquam uirum hunc ob nuncia
Accuſes, tu ipſe cogita gubernare urbem.
Ete. *O in deos inſaniens, et deorum magnum odiũ.*
O deplorabile omnino meum Oedipi genus.
Heu me, patris execrationes perfectæ ſunt.
Sed neq; flere, aut lamentari decet.
Ne pariatur intolerabilior luctus.
Denominato uerò Polynici ualde dico,
Breui uidebimus inſignia quò uertent,
Si illum reducent literæ auro elaboratæ,
In clypeo buliente faſtu mentis.
Siue Iouis filia uirgo iuſticia adfuerit
Operibus illius, & mentibus fortaſſis uerò adfuit.
Sed neq; ipſum cum effugiſſet tenebras ab utero ma-
Neq; in educatione, neq; pubeſcentem, (tris,
Neq; in collectione capillorum lanuginis,
Iuſticia affata eſt, neq; dignum putauit.
Neq; in ærumnis paternæ terræ,
Puto ipſam illi nunc adeſſe propè.
Certè uidelicet iuſte falſo nomine appellata eſſet
Iuſtitia, ſi adeſſet uiro audaciſſimo mente.
His confiſus contendo, & efficiam ut intelligatur
Ipſe potius, aut alter iuſtior erit.
Imperatori imperator, & fratri frater,
Hoſtis cum hoſte ſtabo: fer quàm citò
Caligas, haſtam & galeam.
Cho. *Ne chariſſime hominum Oedipi filiſis*

Ira

Ira similis pessimo Locaci.
Sed uiros Thebanos satis est cum Argiuis
Manus conferere, sanguis est expiabilis.
At duorum fratrum mors spontanea sic ueniens,
Non est finis huius scelerís.
Si quidem malum quis fert sine pudore,
Sto tantum lucrum in mortuis.
Malarum & turpium rerum nullã gloriam dices.
Quid insaniuisti fili? ne te repletum animo
Hastæ insanum nocumentum ferat:
Mali uerò eijce amoris imperium.
Ete. Postquam negotium tantopere instigat Deus,
Eat secundis uentis fluctum Cocyti assecutum,
Phœbo inuisum omne Laij genus.
Cho. Crudelis te admodum animus incitat,
Nefandam cædem facere,
Sanguinis illiciti.
Ete. Chari enim patris infestæ execrationes mihi
Siccis oculis, & non plorantibus hærent,
Dicens lucrum prius posterioris fatum esse.
Cho. Sed tu ne sis solicitus, non uocaberis timidus.
Si bene uitam egeris, nigra non it
Domum furia, neq; ex manibus
Dij sacrificium accipient.
Ete. Dijs quidem iam quodãmodo contẽptui sumus.
Gratia uerò à nobis mortuis admirationi erit.
Quid igitur timemus perniciosam mortem?
Nunc postquam tibi stitit, postquam Deus

Consi-

Consilij in conuersione longa mutatus
Fortasis ueniet debiliori
Spiritu, nunc adhuc uiue.
Efferbuerunt enim Oedipodis imprecationes.
Admodum sunt ueræ spectatorum nocturnorum
Visiones, paternarum rerum datrices.
Cho. Pare mulieribus, etsi tamen non ames.
Ete. Dic igitur paucis, nec oportet cunctari.
Cho. Ne exi tu ad septem portas hac uia.
Ete. Me iratum ne obtunde uerbis.
Cho. Victoriam & malitiam ulciscitur Deus.
Ete. Non uirum armatũ hoc oportet amare uerbũ.
Cho. Sed fraternum uis effundere sanguinem?
Ete. Deo duce, non effugiet malum.
Cho. Horrui perniciosam deam, non dijs similem,
Quæ noctu accessit, & narrauit
Verè malam uatem, patris optatam
Furiam, perficere excandescentes
Execrationes uesanientis Oedipodis.
Puerorum uastatrix contentio hæc hortatur.
Hospes sortes agit
Chalybis Scythicarum posseßionum colonus
Necessarias, acerbum, crudele ferrum,
Terram incolere quatiens tantam,
Et mortuis occupare
Magnorum camporum expertes.
Postquam sponte sua & hostiliter
Mortui fuerint, & terreus puluis biberit

Nigrum

Nigrum cruorem. quis
Expiationes præbebit? quis ipsos lauabit?
O noui labores domuum antiquis
Commixti malis: antiquam enim dico
Transgreßionem, cuius comes eſt celer pœna,
In tertium æuum manebit.
Apollini, quando Laius
Ter dicente in meditullio
Pythicis oraculis, quod ſi moreretur
Sine liberis, ſeruaret urbem, uictus ex amicorum im
prudentia
Genuit quidem ſibi interitum,
Patricidam nempe Oedipoda, qui matris
Caſtum ſeminans uterum, ubi nutritus erat,
Stirpem cruentam ſuſtinuit, amentia uerò induxit
Amentes nuptias.
Quemadmodum mala fluctus marinus ducit,
Hoc quidem proſtrat, aliud tollit
Tridente, ille uerò circa puppim
Vrbis ſtrepitum habet, ſubſidium inter nos:
Paulo pèſt contendit, nempe amplitudine turris.
Vereor ne cum regibus urbs pereat.
Adimpletæ ſunt olim prolatæ execrationes,
Graues permutationes: pernicies,
Quæ immittitur, non præteribit.
Summam iacturam fert
Virorum clarorum beatitudo ualde magna:
Aliquem uirorum enim tantum admirati ſunt

Diſ

Dij & incolæ urbis,
Vitâ mortalium altrix
Tantum tunc Oedipoda honorauit, letiferam
Parcam expellentem ex regione,
Postquam cordatus fuit miser miseras
Nuptias præ dolore ægrè ferens,
Furenti corde duo mala fecit,
Cruenta manu meliorum filiorum
Ab oculis percussus est, filijs exccratas
Permisit culpandas educationes, heu heu & acerbas execrationes,
Ipsos ferrea lege assequi cruentas tandem
Possessiones: nũc uereor ne fecerit hoc curuipes Erinnys.
Nun. Confidite filiæ à matribus nutritæ,
Vrbs hæc effugit seruile iugum.
Corruerunt uirorum fortium iactationes.
Vrbs in tranquillitate, & fluctus
Multis plagis naufragium non accepit.
Firma est turris, & portas idoneis
Muniuimus unà pugnantibus præfectis.
Bene se habent reliqua in sex portis.
Septimam uerò grauis Ebdomageta
Rex Apollo elegit, Oedipi generi
Rependens antiquam Laij temeritatem.
Cho. Quod nam negotiũ est urbi nouum præsens?
Nun. Vrbs seruata est, reges unà sati
Viri occubuerũt, manibus mortem sponte inferẽtib.
Cho. Qui nam? Quid dixisti? metu uerbi desipio.

Me

Me miseram, uates sum malorum.
Nun. Neq; ambigue: tamen puluere conspersi sunt.
Cho. Eò uenerunt, grauia, tamen dicito.
Nun. Sic fraternis manibus interfecti sunt atrociter.
Cho. Sic fortuna erat ambobus communis.
Nun. Ipsa consumpsit uidelicet infœlix genus.
Hæc gaudere & flere licet:
Cum urbs bene habeat, præfecti
Duo ducis duro sortiti sunt
Scythico ferro facultatum omnem possessionem.
Habebunt quam accipient in sepulchro terram
Patris secundum imprecationes infœlices sublati.
Vrbs seruata est, regum una satorum
Bibit sanguinem terra, mutua cæde.
Cho. O magne Iupiter, & patroni dij,
Qui iam has turres Cadmi defenditis:
Vtrum gaudebo & canam Pæana pro urbis innocuo
Seruatore, aut laborioſos & infœlices
Orbos flebo duces?
Qui uidelicet rectè iuxta denominationes & contẽ-
Pericrũt impia mente. ô tetra, & adimpleta (tiones
Generis Oedipi execratio, malus meum cor
Occupat rigor: feci sepulchro carmen, (fœlices,
Tanquã Baccha, sanguinis oſores mortuos audiẽs in
Qui occubuerunt: infœlix hæc congressus hastæ
Perfecit, neq; prohibuit ex patre optanda eloquẽtia.
Consilia incredula Laij adimpleta sunt.
Solicitudo uerò circa urbem & oracula non remittẽ-
tur. O luc-

O lugubres, hoc incredibile fecistis.
Venerunt deflenda mala, non sermone
Hæc sunt manifesta, certus est nuncij sermo.
Duplex solicitudo, duplicia uirilia
Mala ex mutua cæde, geminæ necis perfectæ sunt
perpessiones.
Quid dicam?
Quid uerò aliud est quàm labores domus domestici.
Sed lamentationem ô chare iuxta uentum
Mouet circa caput missum manuum
Strepitum, qui semper per Acheronta traducit
Lugubrem, nigricroceam apparatam theorida,
Inuiam Apollini, solis expertem,
Inobscuramq; uastam terram.
Sed ueniunt hæ ad negotium
Acerbum, Antigone & Ismene,
Luctum fratrum, non ambigue
Arbitror ipsas ex profundo amabili
Pectore missuras dolorem meritum.
Nos uerò iusticia iubet priorem Famæ
Maledicum hymnum furiæ
Vociferari, Plutoni inimicum pæana canere.
Sem. O infœliciſsimæ sorores omnium, quæcunq;
Lugubri uestę induuntur:
Fleo, lugeo, & dolus nullus adest,
Nec ex mente rectè posum canere.
Sem. Heu heu ignaui, amicis infideles,
Et malis indomiti, paternas domos

Occu-

Occupantes miseri cum subsidio.
Sem. Miseri uidelicet, qui infœlicem mortem
Inuenerunt cum pernicie domorum.
Heu heu domuum diruta mœnia,
Et acerbum principatum uidentes, iam reconciliati estis:
Cum ferro non amplius in amicitia,
Sed in cæde iudicati estis.
Admodum uerè patris Oedipi imprecationes
Veneranda Erinnys perfecit.
Sem. In sinistra uulnerati.
Sem. Vulnerati uidelicet, in medijs intestinis.
Sem. Heu heu infœlices, heu heu contraria morte imprecationes.
Sem. Contrario factam dicis plagã. Sem. Domibus
Et corporibus percussos esse dico.
Sem. Non dicendo furore maledicto, & ex patre
Dissentaneo fato.
Sem. Percurrit urbem luctus, lugentq; turres,
Luget etiam regio chara.
Manebunt possessiones nepotibus,
Pro quibus infœlicibus fratribus, pro quibus contentio uenit,
Et mortis finis.
Diuiserunt uerò animosi
Possessiones, tanquam sortiti æqualiter.
Separator non uacabit culpa, neq;
Amicis gratus erit Mars,

Ex ferro dementes hìc habent,
Ex ferro dementes hos ſuſtinent.
Fortè dixerit aliquis quæ?
Sortes ſepulchrorum paternorum,
Ex domo ualde uocem mittit in ipſos
Gemitus lamentabilis, & luctus ex ſe malus,
Bellicoſuſq;, non non probus, uerè
Lachrymas fundens uerò ex mente, quæ
Me plorante minuuntur,
Duos reges.
Licet uerò dicere de miſeris,
Quod fecerint multa quidem ciuibus,
Et turmis exitialibus hoſpitum omnium
In face ipſos pariens infœlix
Ante omnes mulieres quæcunq;
Natiparæ uocatæ ſunt.
Filium ſuum ſibi maritum ponens
Hos peperit, qui hic occubuerunt,
Mutuæ cædis manibus ſimul ſatis.
Iſm. Vnà ſati uidelicet & omnino infœlices,
Separatione inimica, furenti contentione,
In fine iurgij.
Quieuit odium, in terra
Cæde liberata illorum uita mixta eſt.
Plus ſatis uerò ſunt fratres.
Cho. Acerbus liberator contentionum Pontinus
Hoſpes, ex igni commotum acutum ferrum.
Acerbus uerò rerum malus diuiſor

Est Mars, execrationem paternam faciens ueram.
Anti. Sortiti sunt fatum ô miseri
Ab Ioue datorum dolorũ, sub ucrò corpore terræ
Immensæ diuittæ erunt.
Ism. Heu multis laboribus desudantes domus,
In morte horum uociferatæ sunt execrationes,
Legem acerbam, euersi omnimodo fugæ generis.
Statuit nocumenti trophæum in portis,
In quibus occubuerunt, & hos duos uincens
Quieuit dæmon. Anti. Percussus ferijsti.
Ism. Tu mortuus es, illum interficiens.
Anti. Hasta interfecisti. Isme. Hasta obijsti.
Anti. Labore miser. Isme. Perpessionibus miser.
Anti. Eant lachrymæ. Ism. Eat luctus.
Anti. Procubuit, qui alterum occidit.
Heu heu, furit luctibus mens.
Ism. Intus cor luget.
Anti. Heu heu, lachrymabunde tu.
Ism. Tu rursus omnino miser.
Anti. Ab amico interfectus es.
Ism. Et amicum occidisti.
Anti. Duplicia dicere. Isme. Duplicia uidere licet.
Anti. Luctuum hæc prope,
Prope sorores sunt malis fratrum.
Anti. Heu heu Parca, præbens perpessiones graues,
Et ueneranda Oedipi umbra,
Nigraq; Erinnys, certè magno robore prædita es.
Ism. Heu heu spectatu atrocia mala ostendisti ex fuga.

Anti. Neq; uenitis, ut sciatis quomodo mortuus est.
Isme. Seruans uerò animum abstulit.
Anti. Perdidit uidelicet. Isme. Et huius abstulit.
Anti. Miserum genus. Isme. Misera & passus est,
Gemenda mala eiusdem nominis,
Effusa nehementer prorumpentium dolorum.
Anti. Pernicioſa dictu, pernicioſa usu.
Heu parca præbens perpessiones graues,
Venerandaq; Oedipi umbra, nigraq;
Erinnys certè magnanima es.
Isme. Tu igitur nosti transiens?
Anti. Tu uerò mihi postea disces.
Isme. Postquam uenisti in urbem.
Anti. Hastæ hîc aduersarios.
Isme. Pernicioſa dictu. Antione, pernicioſa usu.
Anti. Heu heu labor. Isme. Heu mala domibus
Et terræ, ante omnia uerò mihi.
Anti. Heu heu, hoc procul à me.
Isme. Heu heu infœlicium malorum
Rex Eteocles dux.
Anti. Heu omnium maximè miserandi.
Isme. Heu heu insanientes in detrimento.
Anti. Heu heu ubi terrarum ipsos ponemus?
Isme. Heu ubi precioſissimum.
Anti. Heu heu dolor propinquus patri.
Cad. Quæ uisa sunt & decreta, renunciare me oportet
Populi consiliarijs huius Cadmeæ urbis.

Eteo=

Eteoclem quidem hunc in benecuolentia terræ
Inhumare decretum est, terræ charis euersionibus.
Odio habens enim hostes, mortem elegit pro urbe.
Sanctus existens sine reprehensione fanorum paternorum
Occubuit, quemadmodum iuuenibus pulchrum est
Sic pro hoc missus est dicere. (mori.
Huius fratrem Polynicis cadauer
Foras eijcere, inhumatum prædam canibus,
Tanquam destructorem Cadmeæ terræ,
Nisi deorum aliquis impedimento fuerit hasta
Huius, scelus etiam mortuus possidebit,
A dijs patrijs: quos inhonorans huc
Exercitum peregrinum ducens obsidebat urbem.
Sic uisum à uolucribus auibus hunc
Sepultum turpè præmium accipere,
Neq; sequi mortualia manibus facta,
Neq; honorare acutis lamentationibus.
Dedecori esse ab exclamatione amicorum
Hæc uisa sunt præfectis Cadmeorum.
Anti. Ego præfectis Cadmeorum dico,
Si noluerit aliquis alius hunc inhumare,
Ego ipsum sepeliam, & si in discrimen ueniam:
Non pudore affecta sepeliens fratrem meum,
Habens infidelem magistratus carentiam urbi.
Habent enim magnas uires cõmunia uiscera, quibus nati sumus,
Matris miseræ, & patris infœlicis.

Certè enim uolens nolenti particeps erit malorum.
Anima mortuo uiuens menti consanguineæ.
Huius carnes neq;
Lupi ingluuiosi uorabunt, ne uisum sit alicui.
Sepulchrum enim huic, & defessionem ego,
Quamuis mulier sim, hic condam.
In sinu ferens byssinum peplum.
Ipsaq; obtegam, neq; si uisum fuerit cõtrariũ alicui,
Confidentiæ adest ars efficax.
Cad. Proloquor tibi, ne in his uioles urbem.
Anti. Tibi dico, ne mihi superuacanea prædices.
Cad. Rudis est populus, effugiens mala.
Anti. Rudis sit populus, tamen inhumanus iste nõ erit.
Cad. Sed quem urbs odio prosequitur, hunc tu honorabis sepulchro?
Anti. Iam nondum de eo à dijs statutum est.
Cad. Non prius, quàm hanc regionem in periculũ conijcere.
Anti. Malo affectus, malum rependit.
Cad. Sed in omnibus pro uno hoc opus fuit.
Anti. Contentio perficit sermonem, ultima deorũ:
Ego hunc sepeliam, ne diu concionare.
Sem. Sed eiusdem consilij sis, aduersor uerò ego.
Sem. Heu heu ô iactabundi & audaces
Caduceatores furiæ, quæ Oedipi
Genus perdidisti funditus sic.
Quid patiar? quid patrabo, quid uerò molior?

Quo-

Quomodo quomodo audebo te non flere?
Ne fortè te admittam in sepulchro,
Sed timeo & uereor terrorem ciuium.
Sem. Tu multas lugentes
Aßequeris, ille uerò miser illuctuosius
Solam lamentationem sororis habens
Venit, aliquis igitur hæc persuasit.
Anti. Afficiat aut non afficiat malis ciuitas
Flentes Polynicem:
Nos uerò imus, & unà sepeliemus ipsum,
Hæ uerò deductrices. nam consanguinitati
Communis est dolor, & urbs aliter
Aliud laudabit, hæc iusta sunt.
Cho. Nos uerò cum hoc, quemadmodum & urbs
Et iusticia probat.
Ad deos enim & Iouis robur
Hic clamauit, ne euerteretur urbs Thebanorum:
Neq; impetu extraneorum uirorum
Dissoluerentur optima quæq;.

FINIS.

PERSARVM ARGVMENTVM.

GLaucus in fabulis Aeschyli ex Phœnicibus Phrynichij Persas falso factas esse ait. exponit uerò principiũ fabulę hoc, hoc est, Persarũ olim ascẽdentiũ. Tamẽ illic Eunuchus nunciat in primis Xerxis cladem, sternens sedes aliquas cõ siliarijs principatus. inde præfatur Chorus senum. Chori quidem hæc sunt parodica, ut cum dicat ob quam causam adsit: quòd, Tyriũ fluctũ relinquẽs. Hæc uerò stasima, ut quando stat, & incipit calamitatem fabulæ: hæc uerò commatica, cum reliquum est in lamentatione. Est uerò scena apud sepulchrũ Darij. Argumentum: Xerxes inferens bellũ Græciæ magnis uiribus, adducens equos innumerabiles, naues uerò mille ducentas & septem, aut quatuordecim: pedestrib. copijs superatus in Platæis, naualibus in Salamine, per Thessaliam fugiens transiuit in Asiam. Sciendum est, Græcos tantum naues trecentas habuisse. Prima expeditio Persarum infœliciter egit sub Dario apud Marathonem: secunda sub Xerxe in Platæis & Salamine, Themisto cle tunc duce Athenienſium, & oratore, & iubente naues fieri ac instrui contra Xerxem. Quo facto liberati sunt. nam Apollo Athenienſibus oraculum percontantibus, quomodo Persas superarẽt, iussit muros ligneos parare: & sic uicerunt eos. & aliqui quidem iubebant muros ligneos urbi fieri, pro lapideis. at Themistocles non sic, sed naues mandauit fieri, quæ sæpe à proprijs mœnibus seruant homines. Cum Menone Tragœdo Aeschylus uicit

Phinea,

Phinea, Persas, Glaucum, Potniea, Prometheum. Huius Xerxis pater fuit Darius rex Persarum, mater uerò eius Atossa. Sciendũ est, tres Darios fuisse. Primus quidem Hystaspi filius, electus à Persis, qui imperauit eis: eratque is Xerxis pater, qui contra Græciam copias duxit. secũdus uerò Artaxerxi pater, Syrus nominatus, aut nothus. Vltimus uerò Darius, qui ab Alexandro Philippi filio subactus est. quidam quartum Darium addunt.

FABVLAE PERSONAE.

Chorus senum.	*Atossa.*
Nuncius.	*Idolum Darij.*
Xerxes.	*Præfatur chorus.*

HAEC *quidem Persarum proficiscentium*
In Græciam præsidia uocantur fidelia,
Et locupletum diuitumq;
Sedium custodes, tanquam antiquos:
Hos ipse rex Xerxes imperator
Dariogena Dario natus
Elegit, ut specularentur terram,
Pro reditu regio, &
Exercitus diuitis iam
Sinister uates animus admodum turbatur
Intrinsecus: omne robur Asiaticum

Abiuit, iuuenem uirum excit.
At neq; ullus nuncius, aut eques
Vrbem Persarum adit.
Qui Susa & Ecbatana,
Et antiquum hederaceum munimentum
Partim nauibus, partim pedestri itinere,
Relinquentes, profecti sunt partim equis,
Belli turmam constituentes.
Qualis Amistres, & Artafrenes,
Et Megabases, Astapesq;, duces Persarum,
Reges regi magno subditi
Veniunt, exercitus magni præfecti,
Iaculatoresq;, ac equites
Terribiles quidem uisu, atroces uerò pugna,
In audaci opinione animæ.
Artembares, & Hippiocharmes, Masistresq;,
Arcu domans strenuus Imæus,
Pharandacesq;, equorum rectorq; Sosthanes.
Alios uerò magnus & multa animalia alens
Nilus misit: Susiscanes,
Pegastagon Aegyptogena,
Et sacræ Memphidos princeps
Magnus Arsames, & priscas
Thebas incolens Ariomardus,
Et nauales nauium remiges
Graues, multitudoq; innumera,
Mollium sequitur Lydorum
Turba, & qui omnino continentigenam

Conti-

Continent gentem, hoc Metragates
Arcas bonus, reges præfecti,
Et diuites Sardij uectores,
Multis curribus impellunt,
Duplicem & triplicem ordinem
Terribile spectaculum uisu,
Pollicentur sacri Tmoli clientes,
Iugum seruile inijcere Græciæ.
Mardon, & Arybis, hastæ indefessi,
Et iaculatores Mysi. Babylon
Verò locuples permixtam turbam
Mittit impetuosè, & nauium insessores,
Et iaculatoria arte audaces.
Ensiferq; natio ex tota
Asia sequitur
Graues regis apparatus:
Talis flos uirorum Persidæ terræ proficiscitur,
Quos omnis terra Asiatica
Alens, luget amore feruido.
Parentes & uxores numeratum
Tempus productum timent.
Pertransiuit tam urbium euersor
Regius exercitus in contraria
Vicinam regionem, funibus uincta,
Rate fretum traijciens
Athamãtidis Helles, multis clauis adaptatum sustentaculum
Iugum inijciens ceruice ponti.
Multos uiros habens Asiæ bellicosus princeps

In re-

In regionem agit gregem regiam
Bipartitò, pedibus & mari.
Duris confisus & asperis iaculatoribus,
Diuite generatione uir deo æqualis.
Fuscum uerò oculis uidens,
Cruenti aspectum Draconis.
Multas habens naues, & manus,
Et Assyrium currum impellens,
Adducit hasta inclytis uiris,
Arcu domantem Martem: insignis nullus resistens
Magno fluento uirorum munimento firmo,
Vt arceat inexpugnabilem fluctum maris.
Inaccessus enim est Persarum
Exercitus, & fortis populus.
Fraudulentam uerò deceptionem Dei
Aliquis uir mortalis uitabit.
Qui celeri pede saltationis
Faculis surgens: prudens enim
Terrens, primò transfert
Mortalem in retia, inde non licet desuper
Fugiendo effugere mortalem.
Diuinitùs fatum imperauit iuxta antiquitatem,
Imperauit uerò Persis,
Bella turribus infesta
Administrare, conflictusq;, quibus gaudent equi,
Vrbiumq; euersiones.
Didicerunt uerò Latiuadi maris
Cani uento magno

Videre

Videre pontinum lucum, confisi
Subtilibus persuasionibus, & machinationibus à populo præbitis.
Propter has mihi mens mœsta pungitur
Timore, heu Persicum exercitum:
Huius ne urbs intelligat
Vacuam esse uiris urbem magnam subsidis.
Et Cissinum oppidum obstrepens erit.
Heu caterua plena mulierum uociferantium,
In byssinos peplos cadet ruptura.
Omnis enim equestris & pedestris populus
Reliquit urbem, tanquam examen
Apum cum duce exercitus,
Fretum traijciens
Vtriusq; marinum prominens commune
Terræ: lecti uerò uirorum amore
Implentur lachrymis.
Persides uerò admodum flentes,
Vnaquæq; ad bellum uiri amore
Impetuosum, maritum dimittens,
Tristatur sola.
Sed agite Persæ, sedentes in hac antiqua sede,
Curam probam & profundum consilium
Ponamus: nam conuenit hoc negotium.
Quomodo sanè agit Xerxes rex
Dariogena, patrinominis est genus nostrum.
Vtrum arcus impetus uicerit,
Aut hastatæ lanceæ robur superauerit.

Sed

Sed dijs æquale oculis nostris
Lumen proficiscitur mater regis,
Regina mea, procido,
Et opus est claris ipsam
Omnes uerbis salutare.
Cho. O late cinctarum regina Persidum altissima,
Mater Xerxis senex, salue Darij uxor,
Dei quidem coniux Persarum, Dei mater fuisti,
Vtinam fortuna antiqua nõ esset nũc exercitus par-
Ato Propter hæc uenio, postquam reliqui (ticeps.
Auro ornatas domos, & Darij &
Meum commune cubiculum.
Meum compungit cura cor,
Vobis uerò uerba faciam
Non intrepida mei ipsius
Amici, ne magnæ diuitiæ illinientes pauimentum
Euertant pede fœlicitatem, quam habuit Darius
Non sine aliquo deorum. (lis,
Propter hæc duplex est mihi in mente cura ineffabi
Neq; pecuniarum uiris carentium multitudinem ho
nore prosequi:
Neq; uiris pecunia carentibus splendere lumen, quã
tauis adsit fortitudo licet.
Sunt autem diuitiæ irreprehensibiles, circa oculos
metus.
Oculũ enim domus arbitror, domini præsentiã esse.
Ad hæc cum se ita habeant, consultores huius rei
Estote mihi Persæ, tanquam fideles senes:

Omnia

Omnia enim bona in uobis sunt mihi cõsilia. (cere,
Cho. Hoc ꝓbè scto huius terræ regina, neq; te bis dia
Neq; uerbũ, neq; opus, quorũ uirtus præcedere ue=
Propitios nos his consilijs existentes uocas. (lit,
At. Circa multa quidem nocturna insomnia semper
Versor, ab eo tempore, quo filius meus mittẽs exerci
In Ioniã proficiscitur, depopulari eã uolens: (tum,
Sed nunquam tam manifestum somnium uidi,
Quàm hac transacta nocte, tibi uerò dicam.
Visæ mihi sunt duæ mulieres eleganter ornatæ:
Vna quidem Persicis peplis uestita,
Altera rursus Doricis, in uisionem uenire,
Magnitudine dearũ quæ nũc sunt lõgè decẽtißima,
Pulchritudine irreprehensibili, & germana generis
Eiusdem, patriam habitaui hæc Græcanicam
Sorte aßecuta terram, altera barbaram.
Hæ seditionem, ut uidebar uidere,
Parabant inter se: filius uerò meus hoc percipiens
Continuit: & mitigauit: sub curru uerò
Coniugat ipsas, & collaria ceruicibus
Imponit. At una quidẽ ornabatur hac stola Persica,
Habenis uerò habuit subditum os.
Altera uerò impetum fecit, manibusq; currui imposi
Dißipauit, & fregit ui. (tis, cum
Sine frænis erat, lacerauitq; iugum per medium.
Cadit meus filius, & pater adest
Darius, miserens illius. hunc cum uidet
Xerxes, lacerat uestes, quæ circum corpus habebat.

Et

Et hæc quidem noctu me uidiſſe dico.
Poſtquam ſurrexi, manibuſq; pulchriſluum
Tetigi fontem mortali manu,
Altari adfui, dijs qui talia auertunt,
Volens ſacrificare libum, quorum hæc tributa ſunt:
Video uerò fugientem aquilam ad aram
Phœbi, præ timore uerò ſteti muta ô amici,
Deinde uerò circumuideo circum
Alis irruentem, & unguibus aquilæ caput
Lacerantem. hæc uerò nihil aliud
Quàm trepida corpus ei præbuit.
Hæc mihi licuit terricula uidere,
Vobis audire. bene enim ſcitote, meus filius
Agens quidem bene, uir admirandus erit:
Malè autem agens, non imperabit urbi.
Seruatus uerò ſimiliter huic terræ imperabit.
Chò. Nolumus te ô mater neq; ualde uerbis terrere,
Neq; audaciorem reddere, deos uerò ſupplex ora.
Siue mala fuerint quæ uidiſti, roga ipſos exitum horum facere:
Hæc uerò bona eſſe perfecta tibi, & filijs tuis,
Vrbiq;, ac amicis omnibus. ſecundò uerò oportet libationes
Terræ & mortuis fundere. propitiè uerò ſupplica ad hæc,
Maritum Darium, quem dicis te noctu uidiſſe,
Bona tibi mittere, & filio ex terra in lucem.
Contraria uerò his, detenta ſub terra tenebris obſcurari.

Hæc

Hæc tibi uates existens, proposui tibi mansuetè.
Bene tibi uerò undiq; accidere de his iudicamus.
Ato. Sed tamẽ beneuolus primus horũ insomniorũ
Puero, et domib. meis hãc fãmã corroborasti. (iudex
Perficientur hæc bona, ut mandas,
Omnia faciam dijs, & amicis qui sub terra sunt,
Quando ad ædes ueniemus, illa uolo intelligere,
Vbi terrarũ dicunt ô amici, Athenas ædificatas esse.
Cho. Procul ad occasum decessuum regis solis.
Ato. Sed tamẽ cupiebat meus filius hãc rapere ur (bem.
Cho. Omnis fiat Græcia subdita regi.
Ato. Sic, aliqua adest illis multitudo exercitus?
Ch. Talis est, exercitus faciẽs iã multa mala cõsilio.
At. Quid ad hæc aliud diuitiæ sufficiẽtes domi sunt?
Cho. Argenti fons quidam est illis terræ thesaurus.
Ato. Vtrum decet illos in manibus iaculatorium
missile habere?
Cho. Nequaq̃, sed erectam hastã et scutatas manus.
Ato. Quis uerò dux est, & dominatur populo?
Cho. Nullius serui uocantur uiri, neq; subditi.
Ato. Quomodo sustinerent aduenas hostes uiros?
Cho. Vt peremerint Darij magnum exercitum.
Ato. Grauia dicis parentibus euntium curatu.
Cho. Sed ut mihi uidetur, citò scies uerũ sermonẽ.
Huius enim uiri incessus Persicus apparet.
Et fert manifestè aliquod negotium bonũ aut malũ
Nun. O terræ totius Asiæ urbes, (auditu.
O Persica terra, & magnus diuitiarum portus,

Vt in uno cõflictu interijt ingens
Fœlicitas, flos autem Persarum profligatus uenit.
Heu malum quidem est, primò nunciare mala.
Tamen necesse est omnem calamitatem aperire:
Amat nullus nuncium malorum sermonum.
O Persæ, exercitus omnis barborum interijt.
Cho, Tristia mala, tristia & molesta,
Recenter nata, & hostilia, heu heu.
Madefiamini lachrymis Persæ audientes hunc do-
Nun. Quoniam illa peracta sunt, (lorem.
Et ipse præter spem gratam uideo lucem.
Cho. Longæua certè nobis hæc uita uisa est,
Senibus ad audiendum insperatam hanc cladem.
Nun. Attamen præsens, & non uerba aliorũ audi
Persæ, dicerem qualia sint peracta mala. (ens,
Heu heu frustra Multa iacula mixta,
A' terra Asiatica uenerunt in terram
Sacram Græciam.
Plena sunt cadauerum corruptorum infœliciter
Salaminis littora, omnisq; finitimus locus.
Heu heu falsa corpora amicorum,
Demersa intereuntia dicis ferri,
In errabundis diploidibus.
Nun. Nihil iuuerunt arcus, omnis uerò perijt
Exercitus, domatus rostratis nauibus.
Cho. Clama miserum clamorem, lugubrem Persis
Miseris, ut omnia admodum malè
Disposita sint: heu heu, corruptus est exercitus.

Nun.

Nun. O magnum odiũ, nomen Salaminis audire:
Heu quàm lugeo, memor Athenarum.
Cho. Mœstæ sunt quoq; Athenæ memores hostiũ:
Quàm multas Perfidum sine causa
Fecerunt uiduas, aut uiris priuatas.
Ato. Taceo diu infœlix, obstupefacta
Malis. superat enim hæc calamitas,
Vt neq; loqui, neq; interrogare mala liceat.
Attamen necesse est mortales calamitates ferre
Dijs dantibus. omnem dolorem aperiens
Dicito astans tamen, etsi luges propter mala.
Quis non occubuit? quem lugebimus.
Populi principum, qui sub sceptrifera potentia
Ordinatus, moriens cateruã sine principe deseruit?
Nun. Xerxes quidem uiuit ipse, et lucem uidet.
Ato. Meis quidem domibus magnũ lumen dixisti,
Et album diem in nocte nigra.
Artembares decem milium hominũ gubernator, &
Cæditur in littore sicco Sileniarũ. (multorũ equorũ
Chiliarchusq; Dadaces ictu hastæ percussus,
Saltu leui ex naui desilijt.
Tenagoq; optimus Bactriorum ciuis,
Mari percussam insulam Aiacis inhabitat.
Lydæus & Arsanies, Argestesq; tertius,
Hi uerò circum insulam columbas alentes
Victi, cornu petierunt fortem terram.
Fontibus Nili Aegyptij uicinus existens
Arcteus, Adeues, & Argestes tertius,

Pharnuchusq̃, hi ex una naui exciderunt.
Chryseus Metallus præfectus decem milibus homi-
Equi nigri dux trium myriadum (num occũbens,
Rubram magnam pilisq̃ refertam malam
Tinxit, mutans colorem colore rubicundo.
Et magus Arabus Artamesq̃ Bactrius,
Agrestis terræ incola ibi interijt.
Amistris, & Amphistreus laboriosam hastam
Vibrans, & bonus Ariomardus Sardibus
Luctum præbens, Sisarces Mysius.
Tharybisq̃ quinquies quinquagnita nauium
Dux, genere Lyrnæus, specioſus uir,
Iacet mortuus miser non admodum fœliciter.
Syennesisq̃ primus in magnanimitate,
Cylicum dux, unus uir multos labores
Hostibus præbens, glorioſè occubuit.
De talibus sic se habentibus nunc mentionem feci.
Multorum præsentium uerò pauca renuncio mala.
Ato. Heu heu, maxima mala hæc audio:
Dedecus Persis, & acuti luctus sunt.
Sed mihi hæc narra incipiens denuò,
Quanta fuerit multitudo Græcanicarum nauium,
Vt dignum putarint Persico exercitui
Pugnam inferre rostratis nauibus.
Nun. Multitudinis gratia quidē manifestè scito,
Nauibus superasse. nam et Græcis fuit (Barbaros
Omnis numerus ad decem triacadas
Nauium, decas erat præcipua sine his.

Xerxi

Xerxi quidem bene noui fuerunt mille:
Ex qua multitudine, præstantes celeritate
Bis centum & septem erant. sic enim res se habet.
Ne tibi uideamur in hac pugna inferiores fuisse,
Sed sic aliquis perdidit exercitum,
Miserum non onerans æquiualente fortuna.
Ato. Dei urbem seruant Mineruæ deæ.
Nun. Athenarum sanè urbs est inexpugnabilis.
Viris existentibus enim, munimentum est tutum.
Ato. Principium uerò quod'nam fuerit cõgressus
Vtrũ Græci cœperint pugnare, (nauibus, dicito,
Aut filius meus confisus multitudine nauium.
Nun. Cœptum est omne malum ô domina.
Apparẽs tandẽ peßimus Genius, aut malus dæmon.
Vir enim Græcus ex Athenienſium exercitu
Veniens, dixit filio tuo Xerxi hæc:
Vt si uenirent nigræ noctis tenebræ,
Græci non manerent, sed ad transtra
Nauium irruentes, alius aliâ
Occulta fuga uitam seruaret.
Ille statim ut audiuit, non intelligens fraudem
Græci uiri, neq; deorum iram.
Omnibus clamat nauarchis hunc sermonem:
Quando comburens suis radijs sol terram
Ceßauerit, tenebræ uerò solum ætheris occupaue-
Ordinate cateruã nauiũ, agmine triparito, (rint,
Ad custodiendum egressus & meatus impetuosos.
Alias uerò circulo circum Aiacis insulam,

Vt si mortem malam fugerent Græci,
Nauibus occultè fugam aliquam inuenientes,
Omnibus esset propositum robur confirmare.
Talia dixit effuse ex alacritate mentis,
Nescibat autem futura à dijs.
Illi uerò non incomptè, sed obedienti mente
Cœnam pararunt, nautaq; uir
Religauit remi manubrium circum scalmum.
Postquam sol occidit,
Et nox uenit, omnis remi præfectus
In nauem proficiscebatur, et omnis armorũ præses,
Ordo ordinem hortatur longæ nauis.
Nauigant uerò, quisq; ut erat ordinatus.
Et per totam noctem traiectum constituerunt
Nauium gubernatores, totamq; classem populorum.
Et nox aduentabat, et nõ ualde Græcorũ exercitus
Egressionem occultam ulla ex parte constituebat.
Postquam uerò clara dies
Omnem continuit regionem lucida uisu,
Primo quidem sonitu à Græcis clamor
Acclamauit cantionem, carmen uerò simul
Iubilauit insulanæ petræ
Echo, metus omnibus Barbaris aderat,
A sententia aberrantibus, non enim ut fugæ
Pæana canebant grauem tunc Græci,
Sed ad pugnam ruentes animosa audaciâ,
Tuba clamore uerò omnia illa incendebat.

Statim

Statim uerò impetuosi remi incursu
Ferierunt salsuginem frementem ex nautarũ iussu.
Statim omnes erant uisu conspicui:
Dextram quidem primùm bene ordinatum cornu
Ducebat ordine, secundo omnis classis
Accedebat, & aderat ut audiret
Magnum clamorem: O Græcorum pueri ite,
Liberate patriam, liberate uerò
Liberos, uxores, sanctaq; patriorum deorum,
Ac monumenta maiorũ: nunc pro omnib. sit certa-
Attamen à nobis clamor Persidæ linguæ (men.
Contrà ibat, & nõ amplius erat cunctandi tempus.
Statim ucrò nauis æneum rostrum in naui
Ferijt, conflictumq; incœpit Græca
Nauis, & fregit omnia Phœnisses nauis,
A plaustro alius in alium direxit hastam.
Et primò quidem impetus Persici exercitus
Restitit: postquam uerò multitudo nauiũ in angusto
Coacta est, auxilio nullũ illis inuicè aderat, (loco
Ipsi ab ipsis concursu rostrorum
Feriebantur, & fregerunt omnem classem remis a-
Græcanicæ naues non temerè (ctam
In circulo percutiebant, subuertebantur
Carinæ nauium, mare nec amplius licebat uidere
Frustis nauium, & cruore mortalium plenum.
Littora & saxa implebantur cadauerum.
Fuga uerò incomptè omnis nauis remigabat.
Quæcunq; erant ex exercitu barbarorum,

Certè tanquam thynnos, aut rete piscium
Fracturis remorum siue uulneribus ruderum
Feriebant, frangebant: fletus unà cum
Eiulatu continuit pelasgicum mare,
Quoad nigræ noctis oculus diremerit
Malorum multitudinem. neq; si decem dies
Cum diligentia narrarem, absoluerem omnia tibi,
Bene hoc scias, nulla altera die
Tantam multitudinem hominum occubuisse.
Ato. Heu heu malorũ magnũ pelagus factum est
Persis, & omni genere barbarorum.
Nun. Illud bene scias, nunquam mediũ horũ malo
Talis in ipsos calamitas mali uenit, (rũ extitisse,
Vt his sic rependeret momento.
Ato. Quæ nam erit fortuna hac inimicitior?
Dicito, quam ais calamitatem exercitui
Venisse, malorum repentem ad maiora?
Nun. Persarum quicunq; erant fortes natura,
Animoq; optimi, et nobilitate decori,
Ipsi regi fide inter primos semper
Occubuerunt, turpiter ignominiosa morte.
Ato. Heu amici, ego misera mala calamitate:
Qua nam uerò morte ais hos interijsse?
Nun. Insula aliqua Salaminis eregione est locorũ,
Parua, malefida carinis, quam amans choros
Pan adit, in littore Pontico.
Inde mittit aliquot, ut si nauium
Corruptores hostes in insulam uenirent,

Truci-

Trucidarent fortißimum Græcorum exercitum,
Amicos ſeruaret à marino meatu.
Male futura conſiderans, quemadmodum Deus
Græcis gloriam pugnæ nauium dedit.
Ipſa die munientes corpus æneis
Armis, in naues exilierunt. circum uerò
Circundederunt totam inſulam, ut dubitarent
Perſæ, quo'nam ſe uerterent. diu enim ex manibus
Lapidibus percutiebantur: ab arcus
Chorda ſagittæ procidentes eos interfecerunt.
Poſtremò moti Græci uno impetu
Feriunt, laniant membra infœlicium Perſarum,
Donec omnium uitam corruperint.
Xerxes lamentatus eſt, uidens immenſa mala.
Nam ſedem puram totius exercitus habuit,
Altißimum tumulum propè Pelaſgicum mare,
Lacerans ueſtimenta, & flens acriter.
Repentè hortatus pedeſtrem exercitum
Diſceßit inornata fuga. hanc quoq; tibi
Ad anteactam calamitatem licet lugere.
Ato. *O' moleſte Deus, qui fefelliſti mente*
Perſas, acerbam ultionem filius meus
Claris Athenis inuenit, neq; ſufficerunt
Quos ante Maratho Barbaros interemit.
Quorum uindictam filius meus facere arbitrans,
Tantam multitudinem malorum adduxit.
Tu dic naues quæ effugerunt mortem,
Vbi illas reliquiſti? noſti ſignificare manifeſtè.

Nun. Duces nauium relictarum celeriter
Iuxta stationem, inornatè eligunt fugam.
Exercitus reliquus in terra Bœotiorum
Perijt, partim quidem circa fontanum Ganum,
Siti laborantes, partim uerò anhelitu uacui.
Transiuimus in Phocensium terram,
Et Doridum solum, & sinum Meliacum, ubi
Sperchius irrigat campum propitio potu.
Inde nos solum terræ Achaicæ,
Et Thessalorum oppidum egentes
Cibo susceperunt: ibi sanè multi perierunt
Et siti fameq; hæc ambo nobis aderant.
Magnesiam uerò in terram, Macedonumq;
Regionem uenimus, in transitu Axij,
Bolbesq; palustrosam arundinem, Pangæumq; montem,
Edonidam in terram. nocte in illa Deus
Tempestate acerba concitauit: constringebatur uerò
Fluentum casti Strymonis. Deos uerò qui (omne
Antea nequaquam putauerat, tunc orabat
Precibus, terram & cœlum adorans.
Postquam diu à precibus quieuit
Exercitus, transit constrictum uadum gelu.
Et quisquis nostrum priusquam dispargeretur Dei
Radij conatus est transire, & seruatus est.
Lucens enim radijs splendidus solis orbis
Transiuit per medium uadum, calefaciens flamma,
Cadebant inuicem: fortunatus uerò,
Qui celeriter emisit spiritum uitæ.

Qui

Qui uerò reliqui asseculi erant salutem,
Thraciã pertransientes, uix longo labore
Veniunt fugientes non multi
In patriam terram, ut generet urbs
Persarum, desiderans pubem terræ.
Hæc uera sunt: multa uerò relinquo loquens
Mala, quæ Persis Deus immisit.
Cho. O' multos nobis labores inferès fortuna, quàm
Pedibus insilisti omni Persico generi (grauis es!
Ato. Me miseram, ob perditum exercitum.
O' uisio conspicua insomniorum noctis.
Quàm ualde mihi apertè manifestasti mala.
Vos uerò malè hæc iudicastis.
Tamen postquam approbatus est sermo
Vestier deos quidem primò orare uolo:
Deinde hanc terram & mortuis dona
Accipiens accedam, libum ex ædibus meis.
Scio equidem, quomodo peractæ sint res.
Sed in reliquum si aliquid melius fuerit,
Vos oportet his peractis,
Fidelibus fidelia conferre consilia.
Et meum puerum si prius me huc uenerit,
Consolamini, & mittite domum.
Ne uerò amplius ad mala addatis malum.
Cho. O' Iupiter rex Persarum
Audacium, & multorum uirorum
Exercitum perdidisti,
Susa & Ecbatana

Caliginosa

Caliginoso luctu occultasti.
Multæ uerò delicatis manibus ueſtes
Lacerantes, humidis
Lachrymis tingunt ſinus doloris participes.
Luctuoſæ uerò Perſides uirorum
Deſiderantes uidere modò coniunctionem,
Lectorumq; cubilia molliter ornata,
Voluptuoſæ pubis relinquentes delectationem,
Lugent gemitibus inſatiabilibus.
Et ego ob fatum abſentium
Fero manifeſtè luctuoſum gemitum.
Nunc enim omnis quidem luget
Regio Aſiæ uacua.
Xerxes quidem duxit quo'nam?
Xerxes uerò perdidit ibi'nam,
Xerxes omnia ſecutus eſt impudenter,
Baridis nauibus, Darius ſic quid tandem
Tunc fuit innocuus dux ciuibus
Suſidis, gubernator, charus pedeſtres & marinas
Proprijs alis euntibus nigræ eos
Naues duxerunt quo'nam?
Naues uerò ipſas perdiderunt ibi'nam
Naues pernicioſis incurſionibus,
Per Ionum manus paulo poſt effugere
Regem ipſum, ipſos audiuimus per Thraciæ ſubli-
Et tempeſtuoſas uias. (mes
Qui primi fato ſunt functi heu,
Capti neceſſitate heu.

Circa

Circa littora Cypriæ luctus,
Luge & clama grauiter,
Clama cœlestes dolores,
Extende uocem clamosam & miserũ clamorem.
Fracti mari atrociter, heu heu,
Vexantur à multis, heu heu,
Filijs immaculati maris heu.
Luget uirum domus deserta,
Parentes uerò liberis orbati rigantur lachrymis:
Lugentes senes mala à dæmone immissa,
Omnem audiunt dolorem. certè per Asiam terram
Non amplius legibus Persarũ regũtur, nõ amplius
Tributa pendunt dominis,
Neq; in terram procidere
Incipiunt: nam perijt robur regium.
Neq; lingua mortalibus
In custodia, solutus est populus ad loquendũ liberè:
Quoniam solutum est iugum roboris.
Sanguine perfusum est solũ: Aiacis circumcluſa
Insula, habet Persarum corpora.
Ato. O amici, quicunq; malorum mercator est,
Scit mortalibus quando fluctus
Malorum uenerit, omnia timere amat:
Quando uerò fortuna beneuerterit, confidere,
Semper fœlicitatem ipsam prosperè ferre.
Mihi iam omnia plena sunt timoris
In oculis, à dijs aduersa uidentur.
Clamat in auribus uox non modulata.

Talis

Talis malorum pauor mentes terret.
Etenim uiam hanc sine uehiculis,
Ante uoluptatem ex domibus rursus
Ordinari, pueri patri mitia libamma
Ferens, quæ mortuis grata sunt.
A' casta boue album potatu bonum lac
Huius floridis liquorem, pellucidum mel,
Cum guttis aquatilibus fontis uirginis,
Purumq; ab agresti matre
Potum antiquæ uitis uinum hoc,
Et foliis semper uirentis,
Flauæ oleæ fructus fragrans adest,
Florescq; plicatæ omniferentis terræ proles.
Sed ô amici, his libamentis mortuis
Hymnos canite, diuumq;
Darum reuocate: ego terripotos
Honores præmittam, his subterraneis dijs.
Cho. Regina mulier senex Persarum,
Tu mitte libationes in thalamos, qui sub terra sunt:
Nos uerò hymnis rogabimus
Deos, qui mortuos mittunt beneuolos esse sub terra.
Sed terrestres dij casti,
Terraq; & Mercuri inferorum rex
Mittite ex inferis locis animam in lucem.
Nam si nouit aliquid plus remedij malorum,
Solus mortalium finem dicet.
Audi sanè me beate dijs æqualis rex,
Barbara manifesta mittentem, uariaq; &

Obscura

Obſcura ac dictu difficilia uerba,
Miſeros dolores reboabo,
Sub Terra audi me.
Sed tu Terra, & alij
Terreſtrium duces dij glorioſum
Annuite uenire ex ædibus Perſarum Suſigenam
Deum, & ſurſum mittite quem nondum
Perſica terra occultauit. certè amicus,
Reuera amicus erat uir, reuera buſium
Charos mores occultauit.
Aidoneus mortuorum deductor
Mittet Darium uidelicet regem, aut eius animum.
Neq; enim uiros unquam perdidit
Bellicis nocumentis.
Diuina cõfulens uocabatur à Perſicis, diuina conſu (lebat,
Gubernabatq; bene exercitũ. heu
Rex antique, rex accede, appropinqua,
Veni ad ſummum cacumen tumuli crocotin ctum.
Tollens calceum pedis,
Regiæ tiaræ criſtam oſtendens,
Accede Perſarum probe Dari,
Vt noua audias, & recentia mala.
Domine domini appare.
Odioſæ enim tenebræ uolant,
Omnis iuuentus iam perijt.
Accede Perſarum rex Dari, heu, heu, heu,
O diu plorate ab amicis morieus.
Quid hæc ô dynaſta dynaſta?

Duplicia

Duplicia uersantur delicta circa tuam
Hanc totam terram, corruptæ sunt trisalmæ
Naues. non naues, non naues.
Dar. O fida proles fideliũ patrum, coætanei meæ
Persæ senes, quo labore urbs laborat: (pubis
Luget, plangit, pungiturq; solum.
Videns uerò meam coniugem propè sepulchrum,
Turbor, libamina propitia suscepi.
Vos uerò lamentamini stantes propè tumulum,
Et uociferantes luctibus deductoribus animarum.
Miserè uocatis me. non licet uerò exire,
Sed econtrariò omnino subterranei dij
Ad accipiendũ, quàm ad emittẽdum, meliores sunt.
Tamen potens illis uisus ego
Venio, celeriter ut inculpandus sim propter tẽpus.
Quod nam est Persis graue recens malum?
Cho. Pudet me uidere te,
Pudore afficior coram loqui
Te, de timore antiquo.
Dar. Sed postq̃ ab inferis ueni tuis luctib. persuasus,
Non longis uerbis, sed compendiosè loquens,
Dic, & perfice dimittens pudorẽ quẽ habes de me.
Cho. Vereor quidem gratificari,
Pudet me contraria dicere,
Dicens ingrata amicis. (tur,
Dar. Sed postq̃ metus antiquus tuis mentib. aduersa
Meorum lectorum senex consors, generosa mulier,
Fletus relinquens, & hos luctus apertè mihi
Dicito,

Dicito, humana uerò hominibus accidunt mala.
Sæpe enim ex mari, sæpe extera mala
Sunt mortalib. si lõgior uita ulterius extensa fuerit.
A. O oĩm mortaliũ superãs beatitudinẽ felici mor-
Quomodo ueniſti ad solis radios beatus existẽs, (te?
Vitam æui boni Perſis, tanquam Deus adduxiſti.
Nũc te beatũ iudico cũ mortuus ſis, antecq̃ uideres
Omnẽ audiet sermonẽ Darius breuiter, (tumulũ.
Euersæ sunt res ut ita dicam. (ditio urbis?
Dar. Quo nã modo? aliqs pestis fragor uenit, aut se
A. Nequaq̃, sed circũ Athenas oĩs exercitus interijt.
Da. Quis meorũ filiorũ illuc duxit exercitũ? dicito.
Ato. Bellicosus Xerxes euacuãs totũ cõtinẽtis solũ.
Da. Pedestri itinere, ait amari hãc experientiã. Stul
tè egit miser.
Ato. Vtroque modo, duplex agmẽ erat duorũ ducũ.
Dar. Quõ tãtus exercitus pedestris potuit trãsire?
A. Machinis cõiũxit fretũ Elles, ut uadũ habuerint.
Dar. Et hoc fecit, ut Bosphorũ deeantaret magnũ.
Ato. Sic se habet, & huius rei sententiã aliquis Deo
rum illi adaptauit.
Da. Heu magnus aliqs uenit dæmõ, ne saperet bene.
Ato. Vt tandẽ liceat uidere, quali modo mala pera-
Da. Quid istis peractis, lugetis sic? (cta sint.
Ato. Naualis exercitus profligatus, pdidit pedestrẽ
exercitum.
Da. Sic igitur funditus perijt omnis exercitus hastã.
A. Ad hæc ut Susorũ urbs lugeat hominũ uacuitatẽ.

Da. O dæmones uacui auxilij, & curæ exercitus.
Ato. Bactriorum corruptus est omnis populus neq;
Da. O miser, qualē pubē sociorū perdidit? (senex.
At. Solū uerò Xerxē desertū nō cū multis aiūt remā
Da. Quō & quò euasit? nū aliqua salus erat? (ssse.
A. Lubētē aiūt illū pōtē annexū duob. ī locis trāsiuiſ
D. Et ad hāc cōtinētē seruatū eſſe, nū hoc uerū (se.
Ato. Næ sermo uerus uincit, in hoc nō est diſsidiū.
Da. Heu celer uenit oraculi perfectio, in meū filiū.
Iupiter finem oraculis imposuit: ego uerò
Per longum tēpus nō optabā peracturos hoc deos.
Sed quādo festimat aliquis Deus, ipse coaptatur illi.
Nunc uidetur fons malorum omnib. amicis fluere.
Filius meus hæc nō respiciēs, pfecit iuuenili audaciā
Qui sacrum Hellespontum tanquā seruum uinculis
Speravit cohibere, fluentem bosphorū, fluentū Dei.
Et uadum adaptauit, pedicisq; malleo cusis
Circundans, magnam uiam fecit magno exercitui.
Mortalis existēs putabat nō bono cōsilio dijs oībus
Et Neptuno imperare: hæc, nō morbus mentis
Detinuerunt filium meū, uereor ne magnæ diuitiæ
Meæ hominibus sint præda præoccupantibus.
Ato. Hæc edoctus est, malis conuersans hominibus,
Bellicosus Xerxes. dicunt quòd magnas liberis
Diuitias acquisiueris hasta: hūc præ mollicie (tatē.
Intus hastā mouere, nihilq; augere paternā fœlici-
Talia uerò ex pditis homin. sæpe audiēs probra,
Hoc iter & exercitū statuit in Græciam.

Dar-

Dar. Certè illis consulentibus opus peractum est
Maximum, semper decantãdum, quale nunq̃ extitit,
Vrbem Susorum euacuauit cadens.
Ex quo hunc honorem Iupiter rex præbuit,
Vnum uirum omnium Asiæ diuiti
Imperare, habentem moderatorium sceptrum.
Consilium erat primus dux exercitus,
Alter eius filius negotium perfecit,
Mentes enim eius animum gubernabant.
Tertius ab illo Cyrus felix uir,
Imperans omnem pacem tribuit amicis.
Lydos Phrygasq̃; acquisiuit,
Totamq̃; Ionam perdomuit ui.
Deus non odio habuit, quòd prudens fuerit.
Cyri filius quartus rexit exercitum:
Quintus uerò Smerdes imperauit ad dedecus pa-
Et solio antiquo: hunc cum dolo (triæ,
Interfecit Artaphrenes bonus domi,
Cum uiris amicis, quibus erat opus.
Sextus uerò Maraphes, septimus Artaphrenes:
Et ego sortitus sum hanc sortem ut uolui,
Multaq̃; debellaui magno exercitu.
Sed non tale malum ingessi urbi.
Xerxes filius meus cum sit iuuenis, pueritiæ sapit,
Neq̃; memor meorum mandatorum est.
Manifestè enim scitis mei coætanei
Omnes uos, quòd cum imperium quidẽ teneremus,
Nunquam uisi sumus tanta mala facere.

Cho. Quid igitur, rex Dari, quónam facis
Sermonum finem? quomodo ex his in posterum
Nos populus Persicus agemus quàm optimè?
Da. Si non in Græciam duxeritis exercitum,
Neq; plus exercitus fuerit Medicus,
Ipsa terra socia illis est.
Cho. Quomodo hoc dixisti, & quali modo est so-
Da. Interficiens fame superbos admodum. (cia?
Cho. Sed expeditũ & selectũ colligemus exercitũ.
Da. Sed neq; iste manens in locis Græciæ nunc
Exercitus, assequetur salutem reditus.
Cho. Quomodo dixisti? non enim omnis exercitus
Transit fretum ab Europa Græciæ. (barbarorũ
Da. Pauci ex multis, si credere deorum
Oportet oraculis, in ea quæ nunc peracta sunt
Respicientibus: contingunt enim neq; hæc, neq; illa.
Et si hæc sunt, multitudo selecta exercitus
Molestia afficitur, spe noua confisa.
Manentibus fluctibus ibi Asopus campum
Irrigat, grata pinguedo terræ Bœotiorum.
A quo mala ingentia oportet illos pati,
Dona contumeliæ, & impiorum consiliorum.
Si in terrã Græcanicã migrauerint, nec deorũ sta-
Verebuntur uiolare, neq; urere delubra, (tuas
Aræ destructæ erunt, & deorum fana.
Radicitùs euerterunt confusè fundamenta.
Certè malè facientes, non minima
Patiuntur, hæc enim futura sunt, neq; malorum

Basis

Basis subest, sed adhuc crescunt.
Tantum est sacrificium cruentum,
In Platæis Dorica hasta.
Cumuli mortuorum usq; ad tertiam generationem,
Tacitè ostendent oculis mortalium,
Quod non oporteat mortalem arroganter sapere.
Contumelia florescens fert spicam
Nocumenti, unde metitur gemebunda messis.
Hæc igitur uidentes, & horum præmia,
Memores sitis Athenarum & Græciæ, neq; quis
Contemnens fortunam præsentem,
Alias amans, effundat magnam fœlicitatem.
Iupiter sanè uindex est superborum admodum
Consiliorum, corrector grauis est.
Ad hæc uos qui sapitis illum
Adhortamini bonis consilijs
Affectum nocumento à dijs desinere, à superba au-
Tu uerò senex mater chara Xerxis (dacia.
Veniens ad ædes, ornatum, quisquis decens est,
Accipiens, obuiam ito filio: omnino enim
Præ dolore malorum uestimenta circa corpus
Madefaciunt uarias uestes.
Sed ipsum prudenter tu placa sermonibus.
Nam noui, quòd te solam audiens excitabitur.
Ego uerò abeo sub terram infra caliginem.
Vos uerò senes ualete, in malis tamen
Indulgentes uoluptati quotidie.
Quoniam nihil mortuis prosunt diuitiæ.

Cho. Certè multos cùm præsentes, tũ etiã futuros
Audiens esse dolores barbaris, dolui.
Ato. O fortuna, quàm multi me occupant mali
Dolores, maximè hæc calamitas pungit,
Dedecus filij circum corpus,
Audientem uestimentorum quod ipsum ambit.
Sed proficiscor, accipiensq; ornamentum ex domo,
Obuiamq; ire filio meo conabor.
Non enim amicos in rebus aduersis deseram.
Cho. O Dæmones, certè magnam bonam q;
Bene gubernatam uitam assecuti sumus,
Quando senex omnia administrans, probus inuictus (rex,
Dijs æqualis Darius, imperauit regioni:
Primò quidem chari
Exercitus uisi sumus esse, & omnia iura
Quæ ad turres pertinent constituit.
Reditus ex bello sine labore, sine perpessionibus,
Bene agentem duxerunt domum.
Quot cæpit urbes, uadum non
Traijciens Alisis fluminis, neq;
A laribus motus, quales Strymonij
Pelagij Achelonides sunt incolæ,
Thraciæ stagnaq;, extra sunt, hæc
Per terram ductæ circum turrim.
Huius uerò regis spirarunt Helles circum uadum
Latum detentæ, abditaq; Propontis,
Et ostia Ponti, insulæq; iuxta collem
Martinum in orbem dispositæ huic terræ,

Qualis

Qualis est Lesbos, & oleis inserta Samos,
Chios, siue Parus, Naxus, Myconus,
Tenoq; adiacens Andrus uicina.
Et alias maritimas obtinuit medias,
Lemnum, Icariq; sedem, & Rhodum, & Cnidum,
Cypriæq; urbes, Paphum, aut Solos,
Salaminaq;, & huius metropolis
Causa est luctus.
Has locupletes iuxta sortem
Ionicam multos uiros habentes insequēs firmauit
Suis mentibus, incruentum aderat
Robur uirorum armatorum, & mixtorum
Iuuantiū: nunc uerò nō ambiguè à dijs nutritas
Has ferimus molestias domati bellis,
Admodumq; plagis marinis.
Xer. O' infœlix ego, adeptus hoc fatum odiosum,
Incomprehensibile, quàm crudeliter fortuna
Ingressa est Persarū generationē? quid patiar miser,
Solutum est robur meorum membrorū. hanc uerò
Aetatem uidens ciuium, siue debuit Iupiter
Me cum uiris proficiscentibus mortis
Sorte occultare.
Cho. Heu rex boni exercitus, & Persici (Deus
Honoris, ac magni ornamenti uirorum, quos nunc
Prostrauit: terra uerò deplorat patriam pubem
Xerxi interfectam, ad inferos
Replendos Persarum. Agdabatæ enim
Multiuiræ regionis flos,

Arcu domantes, omnino generatio
Decem milium hominum interijt.
Xer. Heu heu bonum auxilium.
Cho. Asia uerò terra, rex, terræ grauiter
Grauiter ad genu inclinata est.
Xe. Ipse uerò heu heu deflendus miser, generationi
Et terræ patriæ malum extiti.
Cho. Ad clamorem tibi reditus, malè ominantẽ cla
Mulè cogitatã uocem luctus lugubris, (morem,
Mittam flebilem uocem. (ccm.
Xer. Emittite grauẽ & lugubrẽ tumultu triũq; uo-
Nam fortuna rursus mutabilis est in me.
Cho. Mittã fletũ, & honorãs populi perpessiones,
Molestias mari factas, generationis urbis lugubris
Edam luctum multis lachrymis plenum. Ionũ enim
Eripuit, Ionũ classe instructus, Mars alijs dãs auxi-
Nocturã glebã profligans, infœlicẽq; dolorẽ. (liũ,
Xer. Heu clama, & omnia audi.
Cho. Vbi tibi amicorum turba, ubi uerò tibi socij?
Qualis erat Pharandaces, Sudas, Pelago,
Et Domasas, Agabatasq;, Psammis,
Susiscanes Ecbatana relinquens?
Xer. Miseros reliqui, Tyria
Ex naui pereuntes in littoribus Satamineis.
Cho. Vbi uerò tibi Pharauchus,
Cariomarduscq; bonus?
Vbi uerò Sebalces rex, aut Lilæus generosus
Memphis, Thariuis, & Masistres,

Artem-

Artembaresq;, et Hystaichmas: hæc rursus inter-
Xer. Heu heu antiquas uidentes (rogo.
Molestas Athenas, omnes uno tumultu
Heu heu, miseri eunt in terram.
Cho. Et tuum Persarum fidelem
Oculum myriades numerantes
Balanochi puerum, Alpistum filium Sesami,
Et Mygabatem, Partheumq; magnum et ebriosum,
Reliquisti? reliquisti? ô miseri, Persis præclaris
Mala ad mala dicis.
Xer. Voluptatē uidelicet bonorū sociorū in memo
Intollerabilia odiosaq; mala dicēs. (riā reducis,
Clamat clamat miserorum intra cor.
Cho. Attamen aliquid aliud desideramus,
Mardorum uirorum myriarcham
Xanthem, bellicosumq; Ancharem,
Diaximq;, & Arsacem, equorum præfectos.
Cygdagatam, & Lythinnam
Audacem, hastâ insatiatum.
Xer. Sepelij, sepelij non in scenis,
Curru uectis retrorsum sequentes.
Ascenderunt præfecti exercitus,
Ascenderunt & ignobiles.
Cho. Heu, heu, heu, heu.
O dæmones, feciſtis insperatum malum.
Indecens, quale uidit nocumentum?
Xer. Obstupefacti sumus, quales, à seculo fortunæ,
Territi sumus, manifestè enim quales quales dolores.

Nautas Ionas assecuti non fœliciter.
Inexpugnabile sanè est genus Persarum. (pefactus?
Quomodo nõ miser, à tãto exercitu nõ esses obstu-
Cho. Quid, nõ perierunt maximæ copiæ Persarũ?
Xer. Vides reliquum meæ classis?
Cho. Video, intueor. Xer. Hanc pharetram?
Cho. Quid hoc, dicis seruatum thesaurum in iacu
Xer. Parua, tanquam multis (lis?
Indigeamus auxiliatoribus.
Cho. Ionum populus fugit'ne hastam?
Xer. Virilitate præditus, uidi malum insperatũ.
Cho. In fugam uersam classicam cateruam dicis?
Xer. Vestes laceraui præ mali calamitate.
Cho. Papæ, papæ, papæ, papæ.
Xer. Et plus quàm papæ igitur.
Cho. Gemina est & tripla.
Xer. Molesta nobis, iucunda hostibus.
Cho. Robur uerò minutum est.
Xer. Nudus sum comitum.
Cho. Amicorum marinis nocumentis.
Xer. Riga malum, domumq; ito.
Cho. Heu, heu. dolor, dolor.
Xer. Clama nunc strepens mihi.
Cho. Retributionem malam malorum malis.
Xer. Clamà, cantum simul ponens.
Cho. Heu, heu. Xer. Grauis est hæc calamitas.
Hei mihi, admodum doleo.
Xer. Ambula, gradi, & luge mea gratia.

Madeo

Cho. Madeo, lugubris existens.
Xer. Clama meo clamori contraria. (luctibus,
Cho. Cunctari licet domine. Xer. Desolare nunc
Cho. Heu heu. Xe. Misera rursus mixta est mihi.
Cho. Lugubris plaga.
Xer. Et pectus tunde, & boa Mysium.
Cho. Mœror, mœror, mœror.
Xer. Et mihi euelle pilum tuarum genarũ album.
Cho. Tenaciter, & admodum molestè.
Xer. Clama stridulè. Cho. Et hæc faciam.
Xer. Peplũ lacera, qui est in sinu, uigore manuũ.
Cho. Dolor, dolor, dolor.
Xer. Euelle comam, & miserere exercitum.
Cho. Tenaciter, & admodum molestè.
Xer. Madefac oculos. Cho. Tingo sanè.
Xer. Clama contraria meæ uoci.
Cho. Heu, heu, heu.
Xer. Luctuosus domum ito.
Cho. Heu Persis terra, non facilis aditu.
Xer. Heu iam iuxta urbem.
Cho. Heu uidelicet, sanè, sanè.
Xer. Gemant delicati.
Cho. Heu heu Persis terra inaccessibilis.
Xer. Heu, hei, hei. trisalmis
Heu heu, grauibus perditi.
Cho. Mittam te tumultuosis luctibus.

FINIS PERSARVM.

ARGV-

ARGVMENTVM AESCHYli Agamemnonis.

AGamemnon ad Iliũ proficiſcens, Clytemneſtræ, ſi depopulatus Ilium eſſet, dicit illa die ſe face ſignificaturum. unde exploratorem conſtituit mercede conductum Clyténeſtra, qui obſeruaret facem, ſibiq́ue uidens renunciaret. ipſa uerò ſenum turbam mittit, interrogans de face: ex quibus chorus conſtituitur, qui audientes canunt pæana. Paulo pòſt uerò Talthybius quoque uenit, & iuxta uadum tranſit. Agamemnon uerò uehiculo uenit: ſequebatur uerò ipſum aliud uehiculum, in quo erat præda, & Caſſandra. Ipſe uerò ingreditur primò cũ Clyténeſtra. Caſſandra uaticinatur, priuſquam regiam ingreditur, ſuam & Agamemnonis mortem, & ex Oreſte matris cædem: & exiliens tanquam interfecta, proijciens coronas. Hæc pars fabulę admirationi eſt, tanquam terrorem habens, & miſericordiam idoneam. propriè uerò Aeſchylus Agamemnonem in ſcena occidere facit, Caſſandræ tacens mortem, mortuam ipſam oſtendit. ferit Aegiſthum & Clytemneſtram, utrumque ægrè ferentem de cęde uno capite: hanc quidem cędem Iphigeniæ, hunc uerò patris Thyeſtis ex Atreo calamitates. Acta eſt hæc fabula imperante Philocleo, uiceſimę octauę Olympiadis ſecundo anno.

Cuſtos

PERSONAE FABVLAE.

Custos	*Chorus*
Nuncius	*Clytemnestra*
Orestes	*Electra*
Talthybius caduceator	*Agamemnon*
Cassandra	*Aegisthus*
Nutrix	*Famulus Agamemnois.*

Qui præfatur, non est custos, constitutus ab Aegistho.

A Dijs quidem liberationem peto laborum
Custodiæ annuæ, diu uerò dormiebam
Supra tectum Atridarum canis instar.
Astrorum uidi nocturnorum cœtum,
Et ferentes hyemem & æstatem mortalibus
Præclaros principes, ornantes æthera,
Stellas, quando occubuerint, ortus harum.
Et nunc obseruo lampadis signum,
Ignis splendorem, ferentem ex Troia famam,
Captiuumq; rumorem, nunc enim imperaturum
Mulieri spero cor uirile.
Quando uerò noctu errantem roscidum habeo
Lectum, somnijs non perfectum
Meum, metus in somno adest,
Vt non firmiter claudere possim somno palpebras:
Quando canere cupio, flere uideor.
Somni remedium resonans diuidens,
Fleo, domus huius calamitatem lugens:
Non tanquam elaboratæ optimè, ut antea.

Nunc

Nunc uerò fœlix fiet liberatio laborum,
Nuncio apparente obscuri ignis.
O salue fax, ex nocte diurnum
Lumen annuncians, & regionum statum
Multarum Argis huius calamitatis gratia. heu heu
Agamemnonis uxori. significabo manifestè,
Cubilis domibus quàm celerrimè surgentem
Eiulatum, congratulantem huic lampadi
Vaticinari, quemadmodum Ilij urbs
Capta sit, ut lucens nuncius decenter dicit.
Ego uerò ipse proœmia canam,
Dominorum benè cadentia faciam.
Ter sexies iacta uerò mihi hac face.
Sit uerò uenientis charam manum
Regis domum hac ferre manu.
Reliqua alia taceo, bos in lingua magnus
Venit. domus uerò ipsa si sonum acceperit,
Manifestissima dicerem quàm lubens ipse.
Scientibus loquor, & non scientium obliuiscor.
Cho. Decimus quidem annus est, quod pro Priamo
Menelaus rex, & Agamemnon, (magnus hostis
Duorum thronorum & sceptrorum ex Ioue
Honoris, forte iugum Atridarum,
Classem Argiuorum mille nauium ab hac regione
Collegerunt nauem auxiliatricem,
Magnum ex animo clamantes Martem,
More uulturum, qui magnis
Doloribus pedum alti ex lectis circumuertuntur,

Alarum

Alarum remis remigantes, cubilia obseruantem
Laborem pullorum perdentes.
Supremus audiens, ut Apollo,
Aut Pan, aut Iupiter
Luctum acutum
Horum habitatorum posteram pœnã mittit furiam,
Sic uerò Atrei filios melior (traducentibus ipsos,
Contrà Alexandrum mittit hospitalis
Iupiter: pro muliere multis uiris nupta
Multa certamina, & grauia,
Genu puluere firmato,
Pugnis tædio afficientis
Hastæ faciens Danais,
Troianisq; similiter. est quo nunc uerò,
Est, perfectum est fatum:
Neq; celebrans, neq; libans,
Neq; excipiens igne carentia sacrificia,
Iras austeras demulcebit.
Nos uerò extenuati antiqua carne,
Hoc auxilium tunc derelicti expectamus, fortitudi-
Iuuenilem colentes cum sceptris. (nem
Quãdo enim iuuenis medulla pectoris intus regẽs,
Aequaliter senex Isopresbys, Mars nõ inest regioni,
Tunc senectutis strue iam
Siccata, tripodas per uias quidem
It: puero uerò nihil melior,
Somnus lucem mitigans uagatur.
Tu rerò Tyndari

Filia, regina Clytemneſtra
Quid opus ſit, quid noui, quidue ſentiens, cuius nũ-
Perſuaſione immittens uaticinaris. (cij
Omniũ deorũ patriorũ, excellentiſsimorũ, terreſtri
Cœleſtiumq; ac fòrenſiũ aræ donis ſplendẽt. (um,
Alia aliunde ex lato cœlo lampas oritur,
Infecta unctione caſta,
Delicatis, non fraudulentis conſolationibus,
Libo ex feceſſu regio: hoc dicẽs quod et fieri poteſt,
Et fas laudare, Pæanq; fiat huius curæ,
Quæ nunc mala mente eſt,
Tunc uerò feruens admodum appares.
Spes arcet inexplebilem curam,
Animiuoraꝝ mentem doloris.
Poſſum narrare uiſum in uia robur
Auſpicatum uirorum
Perfectorum: adhuc enim
Diuinitùs ſpirat
Perſuaſio carmen,
Subſidium unà natum æuum,
Vt Achæorum
Ditronum robur Græciæ pubem,
Eiuſdem mentis imperium,
Mittit cum haſta pœnas uindici
Bellicoſa ales in Teucrida terram,
Auium rex
Regibus nauium niger,
Retro uerò albus.

Appa-

Apparentes prope ueſtibula
Ex manu quatiente haſtam,
Splendidis ſolijs
Paſcentes leporinam
Tumultuoſam reti generationem
Nocentem ultimo curſu.
Lamentationem lamentationem dic, hoc bene uincat.
Probus exercitus uates uidens duos,
Conſilijs geminos
Atridas bellicoſos,
Cognouit cœnas, comites, & principes.
Sic dixit portendens,
Tempore quidem accipiet
Priami urbem, hæc uerò ua eſt.
Omnes uerò turrium
Poſſeßiones populi multitudinem
Parca depopulabitur per uim,
Tanquam nullum nocumentum
Diuinitus obſcurabit fictum frænum
Magnam Troiæ,
Ab exercitu.
Domui inuidioſa caſta
Diana, celeribus canibus patris,
Cum ipſo fœtu ante agmen
Laborioſum leporem ſacrificantibus,
Odit cœnam aquilarum,
Vlulatum ululatum dic uerò, hoc bene uincat.

Tantum enim imprudens
Cursibus in speratis, defatigatis
Omnibus rusticis charis
Venans catulis iucunditatem.
Horum petit signa perficere,
Dextras quidem accusaui uisiones aquilarum.
Propriũ uoco pæana, ne aliquas cõtrariò respirantes
Danais moras naues retinẽtes innauigabiles cõcilies,
Faciens sacrificiũ alienũ, iniquũ, cõuiuio uacuũ, (net
Contentionũ artificẽ cognatũ non timentẽ uirũ. ma-
Enim
Terribilis rursus concitata rectrix fraudulenta
Memoriarum ira pariens dolores.
Talia Calchas cum
Magnis bonis clauxit,
Fata ab auibus faustis, domibus regijs.
His uerò eiusdẽ mensis existens, lamentationẽ lamen-
Bene uincat. (tationem dic, hæc
Iupiter, quis tãdem est sic hoc ipsi inuocato charum?
Hoc ipsum alloquor. non possum assimilare,
Omnia ponderans, præter Iouem. si hoc frustra,
A' cura dolorem oportet eijcere uerè.
Neq; qui antea erat magnus
Bellicosa audacia florens, nihil diceret prius.
Qui uerò deinde fuit, it assecutus uictum.
Iouem uerò quis alacriter epinicia clamans,
Mente obtinebit omnino

Dedu-

Deducentem mortales ut saperent.
Molestiæ molestiam propriè facientem habere.
Stillat uerò intus sõno ad cor labor recordatu tristis,
Et ad inuitos uenit sapere.
Deorum gratia uerò uiolenta.
Transtrum grauc sedentium,
Gubernator uerò senex nauium Achaicarum
Vatem nullum uituperans,
Conspirans fortibus mœnibus. (Achaicus,
Quando incõmoditate nauigandi grauabat populus
Detentus trans Chalcidem tempestuosis in Aulidis
Auræ ab Strymone uenientes (locis:
Malè quiescere facient. Impetuosi errores mortaliũ
Nauiumq; rudentibus infesti
Longo tempore dispositi
Morâ laceraruæ florem
Argiuorum. postquam uerò
Acris hyemis aliâ machinationẽ grauiorẽ, prìmatibus
Vates clanxit proferens
Dianam, ut terram
Fustibus concutientes Atridæ
Non continuerint lachrymas.
Rex uerò senex hoc dixit clamans:
Grauis Parca non creditu est,
Grauis uerò, si
Natam opprimam domorum effigiem,
Inquinans iugulatis uirginis

Fluentis paternas manus.
Prope aram, sine his
Malis, sic desertor nauis ero,
Aberrans à societate.
Quiescente uerò sacrificio,
E' uirgineo sanguine
Irâ, iratè cupere
Fas, bene enim erit
Postquam necessitatis subijt uinculum
Mentis spirans impiam mutationem,
Impurâ profanamq; unde audacē sapientiā mutauit
Mortalibus, audebat enim turpitudo
Misera, amentia, præcipuum nocumentum.
Tolerabat igitur sacrificulus
Fieri filiæ muliere laborioso
Bello auxiliator, principiq; nauium
Preces & sortes paternas (tris.
Nihili pependerunt uitā uirgineā pugnæ cupidi arbi-
Dixit uerò sacrificus pater post preces,
Instar Chimæræ super arant
Peplis procidentem, omni animo
Et procumbentem ut acciperent sublimu,
Pulchri orisq;
Custodiam obtinerent,
Sonum horridum domi,
Vi frænorum, & multo animi robore.
Croci colorem in campum fundens,
Eiecit

Eiecit quemq; sacrificorum ab oculos iaculo
Lugubri, decens ut in tabulis loqui
Volens. sæpissimè postquam
Patris iuxta uiriles conuiuas
Debuit casta sine iugo loquutio
Patris chari beatum ter confœderatum
Seculum charè honorabat.
Quæ uerò inde, neq; noui, neq; dicam,
Technæ Calchantis non imperfectæ sunt.
Pœna hos dolentes discere propendit
Futura: hoc uerò audire,
Postquam fiet expiatio, ualeat.
Aequale uerò
Manifestum fatum ueniet uerum cum ipsis.
Fit uerò in his bonum opus,
Vt uult hoc proximum Apiæ
Terræ munitum uallum.
Num. Venio colens Cytæmnestra tuum robur.
Iustum est uirum principem honorare
Vxorem relicto solio uirili.
Tu uerò siue bonum, siue non audiens
Nuncia spe placabis.
Cly. Audirem læta, neq; taceat inuidia.
Nuncius bonus quidē quēadmodū se habet puerbiū,
Fiat à matre nocte, dies.
NVN Intelliges gaudium maius spe audire.
Priami occuparunt Argiui urbem.

Cly. Quã dicis? aufugit sermo præ incredulitate.
Nun. Troiam existentem Achæorũ, manifestè dico.
Cho. Gaudium me inuadit, euocata ad lachrymas.
Nun. Bene enim tui sapientis oculus comprobat.
Cly. Quod'nam fidele tibi est signum horum?
Nun. Hoc est, nisi Deus me decipiat.
Cly. Vtrũ uisiones somniorũ colis faciles persuasu?
Nun. Non opinionem acciperem torpescẽtis mentis.
Cly. Sed te premit aliqua bene alata fama?
Nun. Tanq̃ iuuenis pueri ualde reprehendisti mentẽ.
Cly. Quo tempore uastata est urbs?
Nun. Lucem huius parientis noctis dico.
Cly. Et quis nunciorum uenit ita celeriter?
Nun. Vulcanus ex Ida lucidum mittens iubar,
Splendorem splendor huc à nuncio ignis
Misit, Ida quidem ad cumulatum promontorium
Lemni, magnam uisionem ex insula tertium
Athoon cacumen Iouis suscepit,
Perfecta ut peragraret pontum,
Violenta cursus flammæ ad uoluptatem
Tæda, aureum tanquam sol
Iubar nuncians Macisti scopulis,
Quæ neq; cunctans, neq; occupata tanquam somno
Victa, transiuit partem nuncij.
Procul uerò flammæ lumen in fluentis Euripi
Mesapij custodi significat ueniens.
Hi uerò contrà splenduerunt, & nunciarunt ulterius

Tre-

Terræ, ericæ accruum accendentes igni.
Firmata fax nequaquam obscurata,
Transiliens campum Oropi, instar
Claræ lunæ ad Cithæronis promontorium,
Excitauit aliam sequelam deducentis ignis.
Lux longè deducens non recusauit,
Custodia plus incendere quàm quæ dicta sunt.
Stagnum supra Gorgopem illustrauit lumen,
Perueniensq; ad montem Aegioplanctum,
Iussit institutum non indulgere igni.
Mittunt uerò Andeontes ingenti fortitudine,
Magnam ignis flammam: & Saronici
Freti speculum & non ulterius superare
Flammantem, deinde collustrauit: deinde appulit
Arachnæum cacumen, urbi uicinos scopulos.
Et deinde in hanc domum Abridarum insiliuit,
Priusquam sanguineum spumaret robur.
Non tamen plus proijciens spernar.
Cho. Ego uerò miserear, non irascar.
Ito ô misera hoc uehiculum relinquens,
Lubens necessitas hoc iugum nuncia huic
Ca. O to tototæ, popæ, da, ò Apollo Apollo.
Cho. Quid talia uociferata es ad Loxiam?
Non enim talis est ut exaudiat lamentationem.
Ca. O tototæ, papæ, da,
O Apollo, Apollo.
Cho. Certè rursus malè ominans Deum inuocat.

Nihil accedentem in luctu adesse.
Ca. Apollo, Apollo.
Agyeu Apollomi
Perdidisti, non uix secundò.
Cho. Flere uidetur pro suis malis.
Expectat numen unum apud mentem seruilem.
Ca. Apollo, Apollo.
Agyieuś; Apollo mi,
Quónam tandem duxisti me,
Ad quam domum?
Cho. Ad Atridas, si tu cogitas,
Ego dico tibi, & hæc non dices mendacia esse.
Ca. Heu, heu.
Deo inuisam igitur, multa consicia
Cruenta mala appendere,
Viri uictimam & campum aspersum.
Cho. Videtur sagax hospita canis instar
Esse, uaticinatur ex quibus inueniat cædem.
Ca. Testibus his obsequor,
Flensś; hos pueros, cædesś;
Apparentes & carnes à patre uoratas.
Cho. Audiuimus tuam laudem fatidicam.
Attamen nullos uates perscrutamur.
Ca. Heu papæ, quid tandem curat,
Quid tandem nouus dolor magnus,
Magnum in ædibus his curat malum
Non prædendum amicis,

Curatu difficile. subsidium
Procul uerò abest.
Cho. Horum insçius sum uaticiniorum,
Illa uerò noui, omnis ciuitas clamat.
Ca. Heu misera, hoc enim facis
Coniugem maritum
Lauacris purgans,
Quomodo finem dicam?
Celer enim is erit.
Extendere manum ex
Manu expetens.
Cho. Nondum intellexi.
Nunc enim ex ænigmatis
In obscuris oraculis hæsito.
Cho. Heu heu, papæ papæ.
Quid hoc apparet?
Rete sanè Plutonis.
Sed rete coniux & in causa erit
Cædis, seditio immoderata est.
Eiulet pernicioſum sacrificium.
Cho. Quam furiam ad ædes uocat?
Vastans me non iste sermo exhilarat.
Per cor cucurrit croco tincta
Gutta, Doriaq; est caduca.
Occurrit uitæ
Potentis radijs.
Celer uerò nocumentum est.

Ca. Heu,heu,eccc,eccc,
Auerte à boue
Taurum,in peplis
Nigra cornua accipiens machinamento
Percutit,proijcit in uas humidum,
Decipientis lebetis,
Fortunam tibi dico.
Cho. Non iactitarem summĩ fatidicarum sententiarũ
Esse,huic malo hæc assimilabo.
Ab oraculis aliqua bona fama
Mortalibus mittitur.
Per mala enim
Multiloquæ fortunæ
Fatidicum metum
Ferunt intelligere. Ca. Hei miseræ
Infelices sunt fortunæ.
Meum enim narrat
Dolorem effundens.
Quid me huc miseram duxisti
Vna occisam? nihil tandem sum.
Cho. Mente capta & numine afflata pro ipsa dicis
Legem iniquam,tanquam mollis insatiata boas. hei
Miseræ mente,Itynltyn lugens florentem malis
Luscinia uita. Ca. Heu heu canoris luscinię fatum
Circumdederunt alatum corpus
Dij, dulceq; æuum semotum à luctibus.
Me uerò spectat discisio ancipiti hasta.

Cho.

Cho. Vnde impetuosos Deiq; afflatos habes,
Ac uanos mœrores?
Hæc præ nefando timore clangit, carmina simulq;
Orthijs incãtionib. unde terminos habes fatidicæ uiæ
Maledicos? Ca. Heu heu nuptiæ Paridis pernicioſæ
Amicis, heu potus patrius Scamandri.
Tũc enim circa tuas ripas miſera creſcebã alimentis.
Or. Quam rem uideo, quæ tandem hæc caterua,
Et mulierum ueſtibus
Ornata, cui calamitati aſsimilabo?
Vtrum nocumentum contigit domui nouum?
Aut patri meo has coniectabo
Libamina ferentes inferis placamentis.
Nihil tandem aliud. etenim Electram uideor
Videre ſororem meam luctu graui
Ornatam. O Iupiter da mihi ulciſci mortem
Patris, eſto uolens mihi auxiliator.
Pylade recedamus, ut manifeſtè
Diſcam quæ nam ſit hæc mulierum ſupplicatio.
Cho. Ex ædibus aſcendi miſſus
Libamina deductor acuta manu fundo.
Congruit gena cruenta clamoribus
Noua ſectione unguis.
Per æuum uerò clamoribus paſcitur cor.
Ex lino textæ corruptæ
Veſtes laceratæ ſunt præ doloribus
Ornamenta pectoris:

Peplo-

Peplorum triſtibus
Calamitatibus inuolutorum.
Verus enim metus erectos habens crines
Domorum ſomniorum uates ex ſomno iram
Spirans, in media nocte clamorem
Ex profundo miſit, præ timore
Muliebribus in ædibus grauiter incidens.
Iudices ſomniorum
Diuinitus oracula ediderunt ueri,
Quod accuſarent qui ſunt terram
Infrà uehementer
Interfectores, & illis iraſcerentur.
Hanc gratiam ingratam aduerſandam malorum.
Heu heu terra,
Quærens appropinquat
Impia mulier. timeo
Hoc uerbum profundere.
Quid? humiditatem cadentis ſanguinis humi?
Heu ærumnoſa domus,
Heu diruptiones domus,
Oſcuræ mortalibus inuiſæ
Tenebræ, occultant domus,
Morte dominorum.
Cultus inexpugnabilis, indomitus
Imbellis antea, ab auribus & mente
Populi præfectus.
Nunc abeſt.

Timet

Timet'ne aliquis? fortunatum uerò esse,
Plus Deus Deo inter mortales potest.
Momentum speculatur iusticiæ
Celeriter, hos quidem in luce,
Hæc in intercapedine tenebrarum
Spectant, cantantia nocumenta abundant.
Hos quidem imperfecta habet nox
Pro sanguine poto ab alma terra.
Vltrix cædes fixa est non diffluens.
Molestum nocumentum dilacerat
Præfectos morbi pullulare.
Hoc imperfecta habet nox
Aperienti non nuptiales lectos
Remedium, & meatus omnes ex una uia
Euntes.
Odiosam cædem purgantes
Sequente molestia,
Mihi uerò necessitatem circa urbem
Dij attulerunt. nam ex ædibus
Paternis fraudulentum fatum duxerunt.
Iusta & non iusta decentia à principio uitæ
Vi allatæ laudare acerbæ mentis
Odium imperante, deploro sub uestibus
Dominum uanis fortunis, occultis luctibus tristis,
Ele. Famulæ mulieres, ædium ministræ,
Postquam adestis mihi huius supplicationis
Ductrices, estote consultrices & de his.

Sepul-

Sepulchro fundens uerò funesta libamina,
Quomodo iucunda dicam, quomodo uota faciã patri?
Vtrum dicens ab amica amico ferre
Muliere uiro, à mea matre?
Horum non adest audacia, neq; habeo quid dicam,
Fundens hoc libamen in sepulchrum patris.
Aut hoc dico uerbum quod lex mortalibus
Est, reddere his qui mittunt hæc
Serta, donumq; malorum dignum
Aut tacitè turpe, quemadmodum perijt
Pater, hæc fundens, terripotam effusionem.
Eo piacula tanquam rursus aliquis mittens
Dans, uas sublimibus oculis.
Estis ne huius consilij ô amicæ participes?
Commune enim odium in ædibus putamus.
Ne occultetis intus cor timore alicuius.
Nam fatum liberum expectat,
Et illum alienæ manui subditum facit.
Cho. Diceres enim, si haberes his sublimius,
Pudore affecta tibi aram tanquam sepulchrũ patris
Dicam: iubes enim ex mente uerbum.
Ele. Dices quamuis pudore affecta sepulchrũ patris.
Cho. Clama fundens grauia his beneuolis.
Ele. Quos uerò ex amicis alloquar? (prosequitur
Cho. Primò quidẽ ipsam, & quicũq; Aegisthũ odio
Ele. Mihi & tibi sanè hæc optabo.
Cho. Tu ipsa hæc intelligens iam dic.

Ele.

Ele. Quem igitur alium huic seditioni addam?
Cho. Recordare Orestis, tamen est ipse absens.
Ele. Bene hoc, & ad mentē reduxisti nō parū me-
Cho. Horum qui in causa sunt cædis memor. (liū.
Ele. Quid dicam, doce imperitam narrans.
Cho. Venisse aliquē ipsis dæmonē, aut aliquē mortā
Ele. Vtrum iudicem, aut pœnas ferens dicis?
Cho. Simpliciter dicens, qui contrà interficiet.
Ele. Et hæc mea sunt pia à dijs.
Cho. Quomodo non inimicum remunerare malis?
Ele. Mercuri terrestris declarans mihi,
Dæmones subterraneos audire meos
Preces, speculatores oculorum paternorum.
Et terram ipsam quæ omnia parit,
Alens rursus horum fructum accipit,
Et ego fundens hæc piamina mortalibus,
Dico uocans, Pater miserere mei,
Et chari Orestis. quomodo regnabimus domi?
Victi nunc enim perimus?
A matre uirum uerò permutauit
Aegisthum, qui tui cædis est particeps.
Et ego conserua sum, ex bonis enim
Exul est Orestes. Hi uerò superbè
In tuis laboribus luxuriantur.
Vt ueniat Orestes huc cum aliqua fortuna,
Oro te, & tu audi me pater,
Mihiq; ipsi da prudentiorem longè

Matrē

Matre me esse, manumq; magis piam.
Nobis quidem has preces, aduersarijs uerò
Dico apparere, ô pater, tui ultorem,
Et interfectores interficere iurè.
Hæc uerò pono in medio malæ execrationis.
Illis dicens hanc uerò malam imprecationem,
Nobis sis deductor in optimis,
Cum diis, & terra, & iusticia uictoriam ferenti,
Pro talibus desiderijs hæc libamina tibi libo:
Vobis uerò coronare licet luctibus,
Pæana loquentes de mortuo.
Cho. Mittite lachrymas resonantes perniciosas
Pereunti domino.
Ob liberationem horum malorum, bonorum
Fugiendumq; dolorem execratum
Effusis inferijs, audi uerò me. audi
Cultum ò domine ex obscura mente,
Heu, heu, heu.
Heu quis hasta potens
Vir dissolutor domorum Scytha hæc
Manibus flexa tela quatiens Mars,
Et ubrās enses manubria habētes ferè interficientes.
Ele. Habet quidem tam terripota libamina pater.
Caduceatrix maxima eorū quæ sunt supra, & infra
Huius noui sermonis particeps esto. e. (sum.
Cho. Dicis, saltat cor præ timore.
Ele. Video tonsam cesariem sepulchro.

Cho. Cuius tandem uiri aut latizonæ puellæ?
Ele. Bene hoc signum licet cuiq; uidere.
Cho. Quomodo antiqua à iuuene discam?
Ele. Non licet ut quis mè excepto tondeat se.
Cho. Inimici enim, quibus conuenit lugere crine.
Ele. Et tamen licet uidere eiusdem coloris.
Cho. Quibus capillis? illud enim uolo intelligere.
Ele. Ipsis nobis similis admodum uidetur.
Cho. Num igitur Orestis occultè hoc donum erit?
Ele. Maximè. cæsariem eius uidete.
Cho. Quomodo ipse huc ausus est uenire?
Ele. Misit tonsam gratiam patri.
Cho. Non minus lachrymosa hæc mihi dicis,
Si fortè tangat pede hanc regionem.
Ele. Mihiq; adest cordis æstus
Bilis, concussa sum tanquam contrario telo.
Ex oculis sitibundæ mihi cadunt
Lachrymæ, non dicendæ, malè sapidi humoris,
Comam uidens hanc. quomodo sperabo
Ciuium aliquem alium dominum esse huius metus?
Sed neq; ipsum interficiens totondit,
Mea uerò mater, nequaquam denominatam
Prudentiam pueris dijs imitam possidens.
Ego uerò quomodo statim hæc comprobarem,
Esse mihi splendorem charissimi
Mortalium Orestis. commoueor præ spe, heu.
Siue habuit uocem, prudentem nuncij instar,

Vt duplex cura existens ne imaginarer.
Sed manifestam hanc cæsariem eijce,
Siquidem ab hostis capite est detonsa.
Alioqui cognatus existens luxisset mecum,
Effigiem huius sepulchri, & honorem patris.
Sed scientes deos inuocamus.
In talibus tempestatibus nautarum instar
Agitamur, siue oportet salutem assequi,
Sitq; magnus ramus pueri seminis.
Attamen uestigia secundum præbent signum
Pedum, similia meis similibus.
Etenim duæ sunt hic pedum descriptiones,
Ipsius & illius, uenientis alicuius
Calcanea, tendonumq; subscriptiones mensuratæ,
In hoc conueniunt cum uestigijs meis.
Adest uerò dolor, & mentium corruptio.
Cho. Opta reliqua, à dijs perfectas
Preces nuncians assequi pulchrè.
Ele. Etiam nunc dæmonum gratia assequar.
Cho. In conspectu eorũ uenies quorum optasti diu.
Ele. Quem uerò nosti mihi uocanti mortalium?
Cho. Noui Orestem diu te admirantem.
Ele. Et ad hoc uidelicet assequor uota.
Ore. Hic sum, ne quære me maiorem amicum.
Ele. Sed certè dolum aliquē pro me ò hospes texis.
Ore. Ipse in ipso sanè machinamentum texo.
Ele. Sed in meis malis uis ridere.

Ore.

Ore. Et in meis sanè si in his tuis.
Ele. Tanquam Orestem ego te alloquor.
Ore. Me ipsum quidem uidens, diffidis,
Pupillamq; uidens, mœsti pli
Excitata es, & uideris uidere me.
Speculans in uestigijs meis,
Caput fratris eiusdem mensuræ cum tuo.
Speculare sectione apponens cæsariem crinis.
En texturam opus tuæ manus,
Spathæq; ictus, ferarumq; descriptionem,
Non quidem intus, gaudio ne percelle mentes.
Amicos enim nostros tristes esse animaduerti.
Ele. O charissima cura domui patris,
Lachrymosa spes feminis seruati
Subsidio fretus domum reges patris.
O delectabilis ocule quatuor partes habens,
Mihi licet te necessariò alloqui.
Patris & matris in te mihi repit
Amor. illa omnino iustè odio habetur.
Et sacrificata cruleliter unà fata.
Fidelis frater fuisti mihi reuerentiam ferens.
Ore. Solum robur & iusticia cum tertio
Omnium maximo Ioui adsit mihi.
Iupiter Iupiter, speculator negotiorum esto.
Videns generationem orbam aquilæ patris
Interfecti nodis, & spiris
Atrocis uiperæ, hos uerò orbos

Ieiuna fames urget, non enim finalis generatio est,
Vt capturam paternam adferat domum.
Sic me & Electram dico,
Videre licet tibi prolem orbam patre.
Ambo domo exules sumus.
Et te uatis magnoperè colentis
Patris pullos, hos uerò perdens, unde
Habebis similis manus donum rectum?
Neq; proles aquilæ perdens rursus,
Mittere uelis signa facilia mortalibus persuasu,
Neq; primarius tibi arefactus fundus
Aris auxilio erit in dicbus sacrificio aptis.
Cura ex paruo magnam execrationis
Domum uisam nunc ruere admodum.
Cho. O liberi, ô seruatores domus patris
Tacete, ne aliquis intelligat, ô nati.
Linguæ causa omnia nunciauerit hæc
Imperantibus, quos uiderem ego aliquando
Mortuos, in galla piceæ flammæ.
Ore. Non certè prodet magnum Loxij
Oraculum, iubens hoc periculum transire,
Excitansq; multa & impetuosa
Mala,
Nisi aggrediar qui in causa sunt mortis patris,
Ipso modo interficere dicens.
Statim in ipsis mulctis sæuiens,
Idipsum dixit charæ animæ hæc

Pen-

Pendere, me habentem multa iniucunda mala.
Hæc quidem ex terra imprudentium donaria
Mortalibus nuncians, dixit nostros morbos.
Carnis ascensores sæuis maxillis
Digitos, edentes antiqua natura,
Alba uerò tempora huic exoriri morbo,
Aliosq; clamat impetus furiarum,
Sanguine paterno factos.
Videntem clarum supercilium in tenebris uersantẽ.
Tenebrosum enim inferorum iaculum
Ex parricidis cadentibus in genus.
Et rabies & timor uanus noctis
Mouet, terret, & persequitur per urbem,
Aeneo flagro pernicioſum corpus.
Et his talibus neq; crateris parti
Licet participare, non guttam libaminis
Ab arisq; arcere, non uisam patris
Iram suscipere, neq; dirimere quenquam.
Omnium inhonestum & inhumanum tandem mori
Malè, conditum fato pernicioso,
His oraculis sanè fidem adhibere oportet.
Et si non paream, hoc opus faciendum est.
Multa desideria in unum conueniunt:
Dei mandata, & luctus magnus patris.
Et premit rerum penuria
Ciues præclarissimos mortalium,
Troiæ euersores gloriosa mente,

Duabus mulieribus sic subditos non esse.
Cho. Sed ò magnæ Parcæ contingat ex Ioue
Huic mori:
Huic ius descendat.
Contra enim inimicam linguam inimicæ
Lingua fiat, debitum
Agens iusticia magnum clamat.
Pro plaga uerò cruenta cruentam
Plagam pendat, patranti contingere
Hæc antiquus sermo clamat. (tibi
Ore. Ò pater, infœlix pater, quid dicens aut faciens
Assequar ex procul appropinquans, hinc te habēt cu
Tenebris lux æquè particeps. (bilia,
Græciæ uerò similiter,
Vocantur luctus celebris
Prius domum habentibus Atridis.
Cho. Fili, prudentiam mortui non donat
Ignis pernicioſa maxilla.
ostendit uerò postea iras.
Lugetur mortuus,
Apparet uerò qui damnum intulit.
Patrum & parentum
Luctus iustus quærit
Vniuersum ingens turbatus.
Ore. Ò pater nunc audi uicißim
Lachrymosos luctus.
Dicrum liberorum in his sepulchris

Luctus

Luctus lamentatur.
Bustum supplices suscepit,
Exulesq; similiter.
Quid horum uerò bene,
Quid uerò rursus malè non uictum nocumentum?
Cho. Sed ex his uerò Deus edens oracula,
Facit clamores altiores,
Pro lamentationibus sepulchralibus.
Feriens in regijs uestibulis
Nouipotentem amicum ducet. Ele. Si enim sub Ilio
Ab aliquo Lyciorum ô pater
Hasta interfectus esses,
Relinquens gloriam domi,
Liberorumq; uijs
Clarum seculum condens,
Multis aggeratum haberes
Sepulchrum marinæ terræ
Domibus ferendum.
Amicus amicis illic, illic pulchrè oppetentibus
Venerandus rex sub terra conspicuus
Ministerq; maximorum illic
Terrestrium tyrannorum.
Rex enim eras dum uiuebas.
Fatalis sors implentium
Manuum & baculus hominum persuasor.
Neq; sub Troiæ
Mœnibus interfectus es ô pater.

Cum alijs hasta instructo populo,
Prope Scamandri meatum sepeliri,
Antea uerò interficientes,
Eum sic interfici oportebat.
Mortiferum fatum
Vlterius aliquem audire oportet
Horum laborum ignarum.
Cho. Hæc quidem ò filia meliora sunt auro.
Magna uerò fortuna & altissima
Maiora dicis: dolere enim oportet.
Sed dupli enim flagri
Metus it, horum quidem auxiliatores
Supra terram iam sunt, horum uerò imperantium
Manus non sunt sanctæ horum odiosorum.
Pueris magis erit.
Ele. Hoc utrinq; tanquam
Missile iuit.
Cho. O Iupiter, Iupiter mittens ab imo
Postremum detrimentum
Mortalium miseræ & astutæ
Manu, parentibus tamen perficietur.
Canere liceat mihi
Mortiferum ciulatum
Viri percussi,
Et mulieris perniciosæ.
Quid enim occulto mentem?
Numen tamen uolat,

Ante

Ante proram
Occultumq; cor,
Animus odio iracundo.
Et aliquando floreſcens Iupiter in manum iaciet.
Heu heu, primarios domus diuidens.
Fida ſint hæc regioni,
Iuſticiam ab iniuſtis peto,
Audite hæc. à terreſtribus honorate.
Sed lex quidem eſt, cruentas guttas
Effuſas humi, alium petere adhuc
Sanguinem. clamat enim exitium Erinnys
A' prioribus interfectis, cladem
Aliã adducẽs ad cladẽ. quò quò iã inferorũ tyrãnidis
Præpotentes uidete, execrationes interfectorum.
Videte reliqua Atridarum improuidè
Habemia, & domorum dedecora,
Quò quis uertet ſe, ô Iupiter?
Commotum eſt mihi rurſus charum cor,
Hanc audienti miſericordiam.
Et tunc quidem diffidens,
Viſcera mea obſcurantur
Ad uerbum audienti.
Quando uerò rurſus fortè
Audacia facta emiſit dolor,
Vt apparerent mihi pulchra.
Quid uerò dicentes aſſequeremur, ô pater?
Paſſi ſumus dolores, à parentibus

Licet commouere, hæc uerò non oblectant.
Nam tanquam lupus crudelis,
Ex quiescente matre animus est.
Secuit ornamentum martialem sine legibus Cissiæ,
Legibus bellicosæ
Manus extensiones.
Ex superiori loco procul ictu uero strepit,
Plausum aliquem & miserum caput.
Heu heu hostilis
Audacissima mater, in elatione mortuorum miserâ
Sine ciuibus,
Regem sine luctibus miserum,
Infletum uirum sepelire.
Ore. Omnino turpe dixisti hei mihi.
Patris quidem ignominia afficiunt
Causa dæmonum,
Causa nostrarum manuum
Deinde ego separans perirem.
Ele. Membris debilis ut hoc subiret.
Interfecit uerò ipsum,
Sic sepelit,
Fatum quærens perimere
Intolerandum ultæ tuæ.
Audis paternas ignominias? (non digna.
Dicis paternã cædẽ, ego uerò parabam, ignominiosa
Recessus uerò intolerabilis canis instar.
Paratores risus sustuli guttas

Gau-

Gaudens, lachrymosum luctum occultans.
Hæc audiens mentibus scribe,
Per aures uerò tu
Funde sermonem quieto mentis gressu,
Hæ enim sic se habent.
Hæc uerò ipse appetit intelligere.
Decet hæc robore inflexibili protendere.
Te dico, adesto pater amicis.
Ego uerò clamo postquam fleui.
Seditio uerò communis hîc strepit,
Audi ad lucem migrans,
Adesto contra hostes.
Mars Marti confligit pœna pœnæ.
Heu dij, perficite iustè.
Tremor me inuadit audientem iactationes.
Fatum manet diu, precantibus uerò ueniet.
Heu labor consanguineus,
Et inuestigator detrimenti.
Cruentum uulnus,
Heu gemebundæ intolerandæ molestiæ.
Heu inquietus dolor,
Domui ægrotus,
Ab ijs uerò procul & non ab alijs
Extra, sed ab ipsis
Vitam auferre cruentam,
Deorum in terra Hymnus.
ed audientes beati terrestres

Has preces, mittite subsidium
Liberis, promptè ad victoriam.
Ore. O pater qui non more tyrannico occubuisti,
Mihi petenti da imperium tuæ domus.
Ele. Et ego pater te opus habeo,
Fugere magnam propositam Aegistho cædem.
Sic enim tibi sacrificia legitima mortalium erunt,
Structuræq;, alioquin apud conuiuas eris
Dedecori in igneis suffumigationibus terræ.
Et ego tibi inferias meæ hæreditatis
Feram nuptiales ex paternis ædibus.
Omnium primum hoc honorabo sepulchrum.
Ore. O terra, quiesce pater considerare pugnam.
Ele. O Proserpina, da pulchrum imperium.
ore. Memor sis lauacrorũ qb. fraudatus est pater.
Ele. Recordare retis quo te innouarunt.
Ore. Pedicis non æneis captus es pater.
Ele. Turpe in uelaminibus consultatorijs.
Ore. Excitatus eris his probris.
Ele. Rectum sanè tolles earum tuum caput.
Aut iusticiam mitte sociam amicis,
Aut similia redde detrimenta accipere.
Si superatus rursus uincere uis,
Hunc quoq; audi ultimum clamorem pater.
Videns hos pullos assidentes sepulchro,
Miserere fœmineæ & masculæ prolis,
Et ne extinguas hoc semen Pelopidarum.

Sic

Sic enim neq; mortuus es, neq; occubuisti.
Liberos enim uiri, oracula salutaria
Mortuo agunt, ut suber retia
Ex fundo nexum seruans linum.
Audi, pro te sunt hæ lamentationes.
Ipse serua hunc honorans sermonem,
Vltionem huius fortunæ gemebundæ sepulchri.
Alia uerò, postquam facere oportet dirige mente,
Facies iam dæmonem expertus,
Erit, interrogare nihil licet extra cursum.
Vnde inferias misit, ex quo sermone.
Postea honorans deploratum affectum,
Morienti, non prudenti misera gratia
Mittebatur. non haberem assimulare hæc
Dona, minora enim sunt delicto.
Omnia hæc effundens aliquis pro sanguine
Vnius frustra est labor. sic se habet sermo.
Volenti mihi, si nosti, narra hæc.
Nun. Noui ò fili, ades enim, ex somnijs,
Et noctu errantium terriculorum læsa
Inferias misit has impia mulier.
Ele. Si audiisti somnium quàm rectè narra.
Nun. Párere draconem uisa est, ut ipsa dicit.
Ele. Et quò finit, & perficitur sermo?
Nun. In fascias pueri impetum fecisse instar
Cibo quodam indigentis recenter natum animal.
Ipsa adhibuit mammam in somnio,

Et

Et quomodo in sausia non erat præ odio,
Vt cuelleret cum lacte guttam sanguinis.
Non uanum certè est phantasma hominis.
Illa uerò ex somno clamauit territa,
Multi abierunt excæcati tenebris.
Faces in ædibus dominæ gratia.
Mittit deinde inferias funestas has,
Remedium tonsum sperans esse dolorum.
Ore. Sed oro terram hanc & patris sepulchrum,
Somnium esse hoc mihi perfectum.
Iudico ipsum difficulter se habere.
Si enim suum locum relinquens mihi,
Serpens & omnibus fasciis armaretur.
Mammam circumspexit meam altricem,
Guttæ uerò miscuit sanguinis charum lac,
Hæc uerò turbata hoc labore fleuit.
Oportet igitur quemadmodū aluit terribile mōstrum
Mori uiolenter, sæuiens uerò ego
Interficiam ipsam, ut somnium dicit hoc,
Monstri speculatorem, inter hos eligo te.
Nun. Fiat uerò sic, alia expone amicis.
Hos unum facere, hos non patrare dicens.
Ore. Simplex est sermo, hanc uero intus ire,
Probo occultare hæc mea instituta.
Vt dolo interficientes uirum honorandum,
Dolo etiam capiantur in hoc laqueo
Morientes. certè & Loxias dixit

Rex

Rex Apollo uates uerax antea.
Hospiti enim meritò perfectum scutum habens,
Veniam cum uiro hoc ad penetrales portas,
Pylade, hospes & hasta amicus ædium
Ambo uocem emittemus Parnessida,
Linguæ clamorem Phocidis imitantes,
Et iam ianitorum nullus læta mente
Suscipiat, postquam insanit domus malis,
Maneamus sic, ut conclet aliquis
Domo exiens, & hæc dicat,
Quid iam ab ostio famulum arcetis?
Aegisthus sic nouit publicus cum sit,
Si uerò excipiam cœlum penetrale portarum,
Et illum in solio inueniam patris,
Aut accedens mihi deinde in os
Dicet, aperte scias, & in oculos iniictet,
Priusquam dixerit, Cuias es hospes? mortuum
Ponam circumueniens celeri ense.
Cædis Erinnys non saturata
Purum sanguinem bibet, tertiam potionem.
Tu igitur, tu quidem custodi quæ domi sunt pulchrè.
Et bene præparata conueniant hæc.
Vos uerò probo honestam linguam ferre,
Tacere uerò quando oportet, & dicere opportuna.
Alia uerò huic dico, hîc considerare,
Ensifera certamina dirigenti mihi.
Cho. Multa quidē aer alit: graues dolores terriculo-

Ponti-

Ponticæq; ulnæ bestiarum infestarum hominibus
Crescunt, germinant & intermediæ
Lampades sublimes,
Volucres & currentia, respirantium
Caprarum dic iram.
Sed audacissimam uiri uoluntatem quis dicet?
Et mulierum mente miserarum audaces
Amores, detrimentis consortes mortalium.
Coniunctasq; habitationes,
Mulieribus imperans immitis
Amor uincit bestias & homines.
Scito quisquis es, non alligeris curis, doctus
Quam filiorũ perditrix Thestias misera operata est
Ignisciens prouidentiam, & comburens filij funestum
Titionẽ æqualè tẽpore, posq̃ migrãs ex matrice cla
Symmetrum per utam, diem fatalem. (mauit
Sed oportet aliquem in uerbis odio habere
Cruentam Scyllam,
Quæ pro inimicis uirum interfecit amicum Creticis
Auro fabricatis impetibus persuasa, donis Minois
Nisum immortali crine priuans inconsulto
Spirantem miti somno.
Inuenit ipsam Mercurius.
Postquam recordamur durorum
Laborum, intempestiuè uerò inimicum coniugium.
Execratum ædibus, mulierbriaq; consilia mentis
Pro uiro inimicis culpando cultus.

Horum

Horum uerò ignauum larem domuum,
Muliebrem timidam haſtam,
Malorum uerò honorat Lemnium
Sermone, luget uerò utiq; execrandũ. aſſimilauit ue-
Atrocitatem Lemnicis malis impio dolore. (rò aliquis
Mortalium ignominioſum uenit genus.
Colit nullus inimicum dijs.
Quid hos non iuſtè congregos?
Enſis uerò prope pulmones
Per contrarietatem amarus
Per pœnas mouetur.
Non fas eſt enim, non
Calcitrando campum conculcare.
Omnem Iouis
Cultum prætergredientes nefariè.
Iuſticiæ firmatur ſolum.
Fabricat fatum enſifex,
Filium infert domum
Aedium antiquarum.
Luit ſcelus
Tempore celebris Erinnys. (tum.
Ore. O puer puer in portis penetralib. audi ſtrepi-
Quis intus ò puer puer rurſus domi,
Tertium tranſitum ædium uoco,
Si hoſpitibus amicus eſt Aegiſthus?
Puer. Eſto, audio. cuius es hoſpes? unde?
Ore. *Nuncia illis dominis domus,*

Ad quos uenio, & fero noua uerba.
Festina uerò nam currus noctis impellitur
Tenebrosus. uide uerò mercatores discedere
Anchoram in ædibus recipientibus hospites.
Exeat aliqua domorum gubernatrix
Mulier, præfecta, uirum uerò meliorem exire iubeat.
Pudore affectus enim in dictis non obscura
Verba facit. dixit considens uir
Ad uirum significauitq; manifestum signum.
Cl. Hospites diceretis si oportet, adsunt enim
Quædam domi in his ædibus concessa
Et calida lauacra, & laborum oblectamenta,
Lectus, iustorumq; oculorum libertas.
Si aliud agere oportet consultorum
Virorum, hoc est opus, quibus participamus.
Ore. Hospes enim sum Dauliensis ex Phocẽsibus.
Euntem cum mercibus proprio scuto
Argos quemadmodum hunc adduxi pedes,
Ignotus ad ignotum dixit coniiciens uir,
Narrans & manifestans uiam,
Strophius Phocensis, interroga enim in uerbis,
Postquam aliter ô hospes Argos uadis,
Ad parentes iustè memorans,
Mortuum Orestem dic, nequaquam obliuiscaris.
Deinde igitur uenire opinio iuncet amicos.
Deinde colonum omnino semper hospitem
Sepelire, mandata hæc fec rursus.

Nunc

Nunc uerò lebetis æneí latera
Situere occultauit uiri bene plorati.
Hæc audiens dixi, siue sum
Dominus & conuenientibus dicens.
Non noui parentem meritò scire oportet.
Ele. Heu me in arce quomodo expugnamur?
O infelix harum domuum execratio.
O multa in oculis & procul bene posita.
Arcubus ulterius capta bene speculantibus
Amicis nudas me miseram.
Et nunc Orestes erat enim consultò habens,
Extra pernicioſum lutum pedem ducens,
Nunc uerò in ædibus pulchræ Bacchæ
Medicus spes erat.
Ore. Ego quidem hospitibus felicibus sic
Bonarum rerum gratia uolui
Notus esse, & hospitari. quid enim
Hospite hospitibus est felicius?
In impietate erat mihi hoc in mente
Tale negotium non dicere amicis
Amittentem & hospitantem.
Cl. Non enim assequeris minus dignè te
Neq; minus fies ædibus amicus.
Alius uenit similiter hæc nuncians.
Sed tempus est hospites interdiu laborantes
Longæ uiæ, assequi tempestiua.
Consulo uerò tibi hæc agere tanquam subdito.

Nos uerò hæc imperantibus domibus
Cõmunicabimus, & nõ amicorũ penuria laborantes
Consultabimus de hac calamitate.
Cho. Esto, charæ famulæ domus, tandem iam ôris
Potentiam ostendemus pro Oreste.
Ô ueneranda terra, ò uenerandum littus
Aggeris, quod supra nauarchum
Corpus iaces regium.
Nunc audi, nunc opitulare.
Nunc uerò floret persuasio fraudulenta,
Vt congrediatur terrestrem uerò Mercurium
Et nocturnum adoriatur his
Certaminibus ensibus sæclis.
Fa. Videtur ur hospes fabricare malum.
Nutricem uerò Orestis hanc uideo flentem.
Quò iam ambulas Cilissa circa ædium portas?
Dolor uerò sine præmio est tibi comes.
Nu. Aegisthum quæ susceptt hospites uocare
Quàm scitissimè iussit, ut manifestius
Vir à uiro nouam famam
Veniens audiat hanc. ad famulos quidem
Ponit tristiciam intra oculos ridens,
Occultans in operibus peractis pulchrè.
Eius domus uerò his omnino malè habet.
Famam, quam nunciarunt hospites manifestè,
Certè iam ille audiens lætificabit mentem.
Quando audiet sermonem, ò misera ego.

Quam

Quam mihi antiqui mixti
Dolores, dissidia in Atrei ædibus
Assecuta, meam mentem dolore affecit in pectore.
Sed nunquam talem dolorem suscepi.
Alia quidem miserè toleraui mala.
Charum Orestem meæ animæ moram,
Quem alui suscipiens ex matrice,
Et noctiuagum rectorum præceptorum
Et multa & peruersa detrimenta mihi
Fierent. non enim sapiens, tanquam circa animal,
Alere necesse est, quomodo non, more mentis?
Non enim clamat amplius puer existens, in fascijs,
Aut fames aut sitis aliqua
Habet, nouus uterus idoneus liberis
Horum prædictor existens, multa uerò puto
Mentiens pueri fasciarum
Lauatrix, nutritorq; hunc habuerunt finem.
Ego uerò dupla hæc officia
Habens Orestem suscepi à patre,
Mortuum hunc uerò misera intelligo.
Eo ad hunc uirum corruptorem
Familiæ, uoleus audire hos sermones.
Cho. *Quō igitur iubet ipsum accedere præparatū?*
Aut quomodo, rursus ut intelligam apertius,
Cum manipularibus, siue solum?
Nun. *Ducere iubet hastiferos assectatores.*
Cho. *Ne nunc tu hæc nuncia odio domini,*

Sed ipsum uenire, ut intrepidè audiat
Iube, quàm citissimè mente bona.
In nuncio occultus recta mente.
Nun. Sed certè sapis his nuncijs. (rum.
Cho. Sed si mutationē Iupiter posuerit tandè malo
Nun. Et quomodo? Orestes uenit spes familiæ.
Cho. Non malus uates nouisset hæc.
Nun. Quid dicis? habes aliquid seorsim à dictis?
Cho. Nuncia iens, fac hæc, facta
Sint dijs curæ, de quibus curam oportet habere.
Nun. Sed proficiscor, & tuis hæc patiar sermonib.
Fiatq; quàm optimè cum dono deorum.
Cho. Nunc rogati mihi pater Iupiter deorū cœlestium
Da fortunam, assequi mihi propriè
Hæc prudētib. bene q̄rentib. uidere. (sum custodies.
Iustè omne uerbum reconuit Iupiter. Tu uerò nunc ip
Heu heu ante hostes q in atrijs sunt, ò Iupiter pone.
Postquam ipsum magnum execrationes
In binos aut triplos
Labores mutabit.
Scias uerò uiri amici pullū ipsū bene cōiugatū currui
Calamitatum, in cursu propositus,
Metri aliquis seruatū rhythmū hoc uideat pauimētū
Finientium calamitatum gradum. qui intus ædes
Diuitem recessum existimatis
Audite concordes dij.
Ducite, quæ olim constituta sunt

Soluti-

Soluite sanguinem nouis pœnis.
Antiqua cædes non amplius in ædibus pariet,
Hoc pulchrè interfectũ ò magne habitans uoraginem,
Da uidere domum uiri, & ipsum liberè . (bene
Manifestéq; uidere, charis oculis tetra
Integumenta. Comprehendet uerò iustè
Filius Maiæ uehementissimus actionem bonã uolens.
Multa alia ostendet desiderans
Occulta, inopinabile uerbum dicens.
Noctu ante oculos tenebras fert,
Interdiu nihil manifestius.
Et tunc Plutum ædium redemptorem
Multerem felicissimam
Simul resonantium luctuum
Legem dimittemus
Vrbi, hæc uerò bene.
Meum meum lucrum augebit hoc.
Detrimentum abstinebit ab amicis.
Tu uerò audax esto quando pars operum uenerit,
Clamans operi patris, narranti
Ad te fili uocem patris,
Et perficiens detrimentum accusandum.
Perficq; in membris cor detinens.
Amicis qui sub terra sunt,
Illis uerò qui supra sunt peragens
Gratiæ iras redemptoras intus
Funestum detrimentum ponens.

Perdens qui in causa fuit mortis.
Aegi. Venio non inuocatus, sed nuncio accersitus.
Nouam famam ut audiam dicere aliquos
Hospites accedentes nequaquam caducam,
Mortem Oresti, & hoc ferre domum.
Sit dolor hæc in cædem terriculi,
Vulneranti primo & proiecto.
Quomodo hæc uera & uiuentia putabo?
Aut à mulieribus terrendi sermones,
Excelsi cadunt morientes frustra.
Quid horum dices, ut manifestes mentem?
Nun. Audiuimus quidem, interroga hospites
Intus transiens, nullum nuncians robur,
Vt ipse audias uirum de his rebus.
Aegi. Rursus uolo uidere & probare nuncium,
Si ipse erat præsens prope mortuum,
Siue ex obscura fama intelligens loquitur.
Non mentem furtiuam occultatam.
Cho. O Iupiter, Iupiter, quid dico? unde incipiam
Hæc optans & currens?
Quomodo æqualia dices, perficiam.
Nunc enim futuræ sunt inquinare
Experientiæ pistillorum uiri infestorum.
Aut omnino facere Agamemnoniarum
Domorum iacturam omnino,
Aut ignem aut lucem pro libertate
Principatus hostium politicos

Habe-

Habebit paternam magnam felicitatem,
Hanc sortem præses existens.
Geminis curæ erit diuus Orestes.
Attrectare, eat uerò ad uictoriam. Aeg. heu heu.
Cho. Sine, sine iam, quo habet, quo imperauit domui?
Abstineamus ab opere perfecto,
Vt uideamur non in causa horum malorum
Esse. pugnæ uerò firmatus est finis.
Hei mihi omnino, domino consummato,
Hei mihi rursus in tertijs clamoribus.
Aegisthus non amplius est. sed aperite
Quàm citissimè, & muliebres portas
Repagulis laxate, & admodum pubescente opus est.
Non ut iuuet factum. quid enim?
Heu heu, surdis clamore, & dormientibus frustra
Imperfectè loquor. quò Clytemnæstra? quid facit?
Videtur cum nouacula prope ipsam
Principium cadere propter causam territæ.
Cly. Quid uerò rei est, quam uocem efficis in ædibus?
Fam. Viuentem innouare mortuos sermone.
Cly. Hei mihi, intellexi uerbum ex ænigmatibus.
Fraudibus perimus quemadmodum interfecimus.
Dèt aliquis uiro fabricatam securim quàm citò,
Vt sciamus si uincimus, aut uincimur.
Inde enim ad hoc malum appulimus.
Ore. Teq; quæro. huic sufficiemer est.
Cly. Hei mihi, mortuus es charissime Aegisthe?

Ore. Amas uirum certè enim in hoc sepulchrō
lacebis, mortuum non unquam prodes.
Cly. Abstine ò fili: hanc reuerere fili
Mammam, ad hoc diu quiescens simul.
Gingiuis mulxisti bonum ad alendum lac.
Ore. Pylade quid faciā? matrem uereor interficere.
Py. Vbi uidelicet reliqua oracula Loxiæ
Bona, fidelia uerò iuramenta.
Omnes inimicos pluris dijs facis.
Ore. Iudico te uincere, & admones me pulchrè.
Comitare ipsum, te iugulare uolo.
Et uiuentem & meliorem ipsam putabo patre.
Cum hoc moriens dormi postquam amas
Virum hūc: quem uerò oportebat amare, odio habes.
Cly. Ego te alui. nunc uerò senescere uolo.
Ore. Patrem interficiens habitabis mecum?
Cly. Fatum ò fili horum est in causa.
Ore. Hanc quoq; igitur fatum præbuit mortem.
Cly. Non igitur coles genitales preces fili?
Ore. Pariens me coniecisti in infortunium.
Cly. Non certè te proieci in domum hasta amicam.
Ore. Bifariam uenditus natus sum libero patre.
Cly. Quō uidelicet ignominiosus, quem ego suscepi?
ore. Pudet me hoc tibi manifestè exprobrare.
Cly. Ne, aliud die similiter & patris tui stulticiam.
ore. Ne reprehende laborantem intus tacens.
Cly. Dolor est mulieribus à uiris arceri, ò fili.

Ore.

Ore. Alit uerò uiri labor intus sedentes.
Cly. Interficere ausus es ô fili matrem.
Ore. Tu te ipsam non ego interficies.
Cly. Vide, cuita matris iracundos canes.
Ore. Patris uerò quomodo fugiam præsens hic?
Cly. Vita sum lugere uiuens ad sepulchrum frustra.
Ore. Patris fatũ tibi hanc determinat mortem.
Cly. Heu ego pariens hunc serpentem alui.
Ore. Sanè admodum non metus uates ex somnijs.
Cly. Et si ad quem & quæ non decebant passus est.
Cho. Lugemus igitur & horũ duplicem calamitatẽ.
Postquam multorum sanguinem ad summũ uenit
Miser Oreστes, hoc tamen eligemus
Oculum familiæ ne cadat pernicioſe.
Migrauit quidem ultio à Priamidis tempore,
Caridica pœna
Migrauit in domum Agamemnonis
Geminus leo, geminus Mars clamauit omninò
Persuasione bonus exul.
Diuinitus uerò consilijs impetum faciens.
Etulate dominarum ædium
Fugas malorum, et possessionum moras.
A duobus inquinatoribus infaustè uenientis fortunæ
Venit huic fletui occultæ pugnæ
Dolosa pœna, tetigit admodum manum ucra
Iouis filia, iusticiam uerò ipsam appellamus
Mortales bene habentes.

Per-

Pernicioſam ſpirans in hoſtes iram,
Quemadmodum Loxias Parnaſius
Magnum habens ſeceſſum in tumulo terræ.
Duxit fraudulentam fraudulenter nocentem tẽpore
Ponentem ueniet, imperabit quõ numen non (re.
Miniſtrare malis, dignũ uerò cœleſtẽ principatũ cole
Licet magnam lucem uidere, magnumq; abſtulerunt
Frænum familiæ, duxit domui multum temporis
Humi cadens ſemper iacebis.
Celeriter omnia efficiens tempus mutabit,
Veſtibula domuum,
Quando à lari
Scelus omne expelletur expiationibus
Omne elaterium, fortuna
Læto cubili
Omni uidere, audire trementes, cum ædificatore
Cadent rurſus præter lucem uidere.
Ore. Videte regionis duplicem tyrannidem
Patris interfectores, & ædium depopulatores,
Graues quidem erant in ſolijs tunc ſedentes.
Amici nunc conijcere dolores
Licet, iuſiurandum manet fidelibus.
Coniuraruntquidem mortem miſerè patri,
Et unà interficere, et hæc iuxta iuſiurandũ ſe habẽt.
Machinamentum, uinculum miſero patri,
Pedicas in manibus & pedibus coniunctionem.
Interficite ipſum, & circulo aſtando

Tegmen-

Tegmentum urorum ostendite, ut uideat pater,
Non meus, sed qui hæc omnia inspicit
Sol impura matris opera meæ.
Vt adfuerit mihi testis tandem iustè,
Vt ego iustè mortem hanc tentauerim
Matris. nam mortem Aegisthi non dico.
Habet enim instar uerecundæ legis,
Quæ in uirum hoc odium consuluit.
Ex quo liberos tulit sub cingulo pondus
Charũ interea, nunc uerò ut apparet inimicũ .malũ
Quid tibi uidetur? murena aut uipera nata est.
Putrescere tangens, alium non proiectum.
Audaciæ causa & iniusti consilij.
Quid? ipsum alloquar, & sũ ualdè bona uerba faciẽs
Rete feræ aut mortui uinculum,
Filiorum adumbratio, rete quidem igitur.
Rete enim dixeris, & peplos pedes detinentes.
Talem adeptus est charus uir
Deceptione hospitum, fœlicem
Vitam putans. hac fraude
Multos interficiens multa fouit mente.
Talis mihi contubernalis in ædibus' ne
Sit? perirem potius à dijs sine liberis. (cisti.
Cho. Heu heu, tristium operũ odiosam mortẽ perfe-
Heu heu. manenti uerò dolor floret.
Patrauit aut non patrauit, testifica mihi?
Hanc uestem ut tinxit Aegysthi ensis.

Cædis

Cædis uerò fructus cum tempore conducet,
Multas tincturas corrumpens texturæ.
Nunc ipsum laudo, nunc lugeo præsens,
Parricidamq; texturam uocans hanc
Doleo quidē propter opus, affectum est genus omne.
Non æmulanda huius uictoriæ habeo placula.
Nullus mortaliū innocuā uitā p omnia ignominiosus
Ad laborem hunc statim ueniet. (retribuet.
Ore. Alius si uiderit, bene scio, quod hoc faciet
Quemadmodum cum quis auriga cursum
Extra existente uictum ferunt
Mentes difficulter rectæ, in corde uerò metus
Canere uerus uel saltare ira.
Dum adhuc mentis compos sum, prædico amicis
Occidere, matremq; dico non sine causa
Parricidam immunditiem, & deorum odium
Et amores audaciæ huius magni facio.
Vatemq; Loxiam reddentem oraculum mihi,
Facienti hæc extra causam malam
Esse, prætermittens, non dico mulctam
Arcum dolorum nullus adibit.
Et nunc uidete me ut paratus sim
Cum hoc ramo, & corona adibo
Meditullum & Loxiæ fundatum solum.
Ignis lumen incorruptum uocatum.
Fugiens hunc sanguinem communem, neq; in Larem
Alium uertere Loxias mandauit.

Hæc

Hæc uerò in tempore mihi omnes Argiuos dico
Teſtes eſſe, mihi populus eſt paratus malè.
Ipſe uerò ero huius terræ exul,
Viuens & mortuus hæc oracula relinquens.
Sed quando agens, neq; clauſerunt os
Rumores mali, neq; uerbis peto mala.
Liberans totam Argiuorum urbem
Duorum draconum caput facile præſcindens.
Heu heu famulæ mulieres hæ Gorgonum inſtar
Nigras ueſtes habentes & plicatas
Denſis draconibus, non amplius manerem ego.
Cho. Quænam opiniones te charißime tarũm patri
Inuadunt? cohibe, ne time uincens longè.
Ore. Non, cia, opiniones horum dolorum mihi,
Manifeſtè enim hi ſunt matri canes iracundi.
Cho. Recens ſanguis in manibus adhuc tibi eſt,
Ex quibus perturbatio in mentem cadit.
Ore. O rex Apollo hæ iam impletæ,
Et ex oculis fundit ſanguinem inimicum.
Cho. Intus eſt piaculum, Loxiam tangens.
Liberum te horum laborum ponet.
Ore. Vos enim non uidetis quas ego uideo.
Agitor, & non reſpondco ipſe.
Cho. Sed felix eris & tu inſpiciens promptus,
Deus cuſtodiet in opportunis calamitatibus.
Tertia uerò hyems ueſtibulis regijs
Elãs angulos impleuit. liberorũ fatales primò fuerũt

Labores

Labores, miseriæq; Thyestis,
Secundo dolores uiri regij.
Infestus perdidit Achæos uir belli princeps.
Nunc uerò rursus tertius uenit unde seruator aut fatū
Vbi uidelicet perficiet, ubi desinet (dicam,
Sopitus furor detrimenti.

AESCHYLI EVMENIDES. ARGVMENTVM ARISTOphanis.

ORestes Delphis obsessus furijs, consilio Apollinis uenit Athenas in delubrum Mineruæ. Cuius consilio uincens, reuersus est Argos. Has uerò furias placans, uocauit Eumenidas. Apud nullum iacet fabula.

FABVLAE PERSONAE.

Pythias uates.	*Apollo.*
Orestes.	*Clytæmnestræ idolum.*
Chorus Eumenidum.	*Minerua.*
Deductores.	*Præfatur uates.*

PRIMO *quidem prece hac deorum honoro*
Terram primiuatem, ex qua Themin aiunt,
Quæ secunda à matre sedit
In hoc uaticinij loco, ut sermo aliquis, in tertia uerò
Sorte

Sorte, uolentis neq; per uim alicuius
Titanis alia filia terræ fedit
Phœbe, quæ uerò dat natale donum
Phœbo. Phœbes nomen habet paronymum.
Relinquens paludem & Delium saxum,
Appellens ad littora Palladis, qua transeunt naues,
In hanc terram uenit, sedesq; Parnasi:
Deducunt uerò ipsum, & colunt ualde
Iter facientes filij Vlcani, terram
Ferocem facientes mitem:
Accedentemq; ipsum admodum honorat populus,
Delphusq; rex huius regionis gubernator,
Artis uerò ipsum diuinum Iupiter condens mente
Constituit quartum hunc uatem in thronis,
Iouis uates est Loxias patris.
Hos in precibus laudabo deos.
Pallas protemplaris uerò uerbis honoratur.
Colo uerò nymphas, ibi Coricis petra
Caua, augur dæmonum conuersio.
Dionysiacus uerò habet locum, neq; obliuiscor.
Ex quo Bacchis præfuit deus,
Leporis instar luctui inserens mortem.
Plisti fontes, et Neptuni imperium
Vocans, & perfectum altissimum louem,
Deinde uates in sedibus sedeo.
Et nunc me assequi ingressorũ longorum priorum.
Optima dent, & à Græcis aliqui

Eant sorte sortientes, ut existimatur.
Vaticinor enim ut monstrat Deus.
Certè grauia dicere, & grauia uidere,
Rursus me misit ex æde Loxiæ.
Vt neq; posset, neq; attollere seditionem.
Curro manibus, non uelocitate crurium.
Verita enim uetula nihil contraria filio quidem.
Ego quidem repo ad multicoronatum anrum,
Video enim in umbilico quidem utrum Deo inuso
Sedem habentem pollutum sanguine,
Pandentem manus, & recenter strictum ensem
Habentem, oliuæq; altè genitum ramum,
Lana maxima coronatum modestè.
Candida ualde, manifestè huic dicam.
Ante utrum hunc mirabilis manipulus
Dormit mulierum in solijs sedens.
Non mulieres, sed Gorgonas dico.
Neq; rursus Gorgijs assimilabo formis.
Vidi aliquando depictas Phinei
Prandium ferentes celeres uisu tamen
Ipsæ, nigræ enim omnino execratæ sunt.
Stertunt uerò, non fictis flatibus
Ex oculis stillant inimicam uiolentiam.
Et ornatus, neq; ad deorum statuas
Ferre dignus, neq; ad hominum domos.
Amicitiam non uidi huius conuersationis.
Neq; ulla terra hoc optat genus,

Alens impunè. neq; lugere labores.
Inde iam domino domuum hæc
Ipsi sint curæ Loxiæ fortissimo,
Medicouates est & prodigiorum speculator,
Et alijs domorum purgatio.
Ap. Nõ certè prodã, ad finẽ usq; uerò tibi custos ero
Propè astans, & procul absens
A' tuis inimicis, & non ero impotens.
Et nunc uides captas has furias
Somno, cadentes uerò spuentes puellæ,
Vetulæ, senes puellæ, quibus non miscetur
Deorum aliquis, neq; homo, neq; fera unquam.
Malorum uerò gratia sunt, & in malo
Tenebras inhabitant & tartarum sub terra.
Inuisæ hominibus & dijs cœlestibus.
Tamen fuge, neq; mollis esto,
Persequentur te per longam Epirum
Ascendentem sine detrimento erraticam terram.
Et supra Pontum, mariq; clausas urbes.
Et ne defatigeris hunc mitigans
Laborem, migrans uerò ad urbem Palladis,
Sede antiquum apprehendens ulmis simulacrum.
Et illic iudices, & horum blandos
Sermones habentes, machinas inueniemus,
Vt omnino libereris ab his laboribus.
Nam te interficere persuasi maternum corpus.
ore. O rex Apollo, nosti enim nõ iniuria afficere,

Verùm enimuerò scias, & disce non cunctari.
Robur uerò tuum facere idoneum.
Apo. Recordare ne tibi metus uincat mentem.
Tu uerò fraternum sanguinem, & communi patris
Mercuri custodi, admodum existens eiusdē nominis,
Deductor esto. hunc uerò regens meum
Supplicem colit sanè Iuppiter cultum ex legibus,
Impellentem mortalibus bona duce fortuna. (pus est
Cly. Dormiat igitur, aurora & dormientib. quid o-
Ido. Ego uerò à uobis sic ignominia affecta
Cum alijs mortuis, sic enim interfeci.
Probrum mortuis non deficit.
Turpè uerò capta sum. prædico enim uobis quòd
Habeo maximam causam ab illis,
Patiens sic atrocia, ab amicissimis.
Nullus pro me deorum succenset,
Iugulata parricidis manibus.
Vide plagas has tui cordis.
Dormiens enim meis oculis illuminatur.
In die uerò parca speculatrix mortalium.
Certè multa meorum suxistis
Inferiasq; uiro carentes, nephalia placamenta
Et noctigrauas cœnas in foco ignis
Sacrificaui in hora nulli deorum communi.
Et omnia hæc uideo pedibus conculcata esse.
Iste uerò fugiens uenit instar cadaueris,
Et hæc leuiter ex medijs retibus

Impe-

Impetum fecit, nobis insaniens ualde.
Audite quemadmodum dixi de mea
Anima, intelligite subterraneæ deæ,
Somnium uos nunc Clytæmnestra uoco. (cul.
Cho. Mußitatio. Cly. Mußitet, ut uenit fugiēs pro
Amicis enim meis non sunt supplices.
Cho. Stridor. Cly. Valde dormies, et non misericor
diam implorabis affectu.
Interfector huius matris Orestes uenit.
Cho. Stridor.
Cly. Clamas, dormis, non surges celeriter?
Quod negocium destinatum est nisi tibi facere mala?
Cho. Clamor.
Cly. Somnus, labor & domini coniurati
Grauis draconæ effutuerunt furorem.
Cho. Stridor duplus acutus.
Accipe, accipe, accipe. intellige. (modum
Cly. In somnis persequeris ferā, latras uerò quemad-
Canis, solicitudinem nunquam relinquens laboris.
Quid facis? surge, ne te uincat labor.
Neq; ignores laborem mitior facta somno.
Molestia afficc cor iustis probris.
His sapientibus contrarij stimuli sunt.
Neq; spiritum sanguineum emittes hæc
Expiratione attenuata uteris igni.
Sequere, tabefac secundis persecutionibus.
Suscita suscita & tu illum, & ego te.

Dormis, surge, resiliens à somno,
Vt sciamus si in hoc proœmio insanit.
Cho. Heu, heu Popax passæ sumus ò amicæ.
Certè multa iam patiens frustra ego.
Passæ sumus perpessiones molestas, ò dæmones.
Intolerandum malum
Ex retibus eccidit, uenit enim fera
Somno detenta perdidi prædam.
O fili Iouis furax es,
Iuuenis uerò uetulas deas debellastis,
Supplicem colens impium uirum,
Parentibus acerbum,
Parricidam furatus es Deus existens.
Quid horum dicet aliquis iustè habere?
Mihi uerò probrum ex somnijs ueniens,
Percussit instar aurigæ medio accepto stimulo.
Sub mente in corde adest flagellator
Monstri domati.
Graue circum graue frigus habere,
Talia patrant moderni dij
Tenentes omnino plusquàm iusticia.
Cruorem stillantem sedem,
Circum pedes, circum caput licet terræ umbilicum
Videre, sanguinis horum eluctum scelus habere.
Domestico uerò tuo uati piaculo
Antrum polluisti,
A seipso concussus, à se ipso denominatus

Ini-

Iniquorum deorum ſtatuas colens,
Antiquas parcas corrupiſti
Et certe mœſius hunc non ſoluet.
Sub terram fugiens, nunquam liberabitur,
Parricida cum ſit. alium in capite
Inquinantem illius paſcet caput.
Ap. Extra domum iubeo, celeriter
Secedite, abite à fatidico antro,
Et non accipiens uolatilem ſerpentem album,
Auro ducti laquei impetum facientem,
Relinques præ dolore nigram ab hominibus ſpumã,
Vomens guttas quas extraxiſti ex cruore.
Non enim his ædibus appropinquare licet.
Sed huius capitales tumultuoſæ pœnæ,
Iugulationesq; feminis corruptrices
Puerorum, & mali uigor, congregationesq;,
Lapidatioq; odio habent nuſericordiã magnam.
Pro gratia fictæ audite ſanè
Huius feſti eſtis reiecti dijs
Amorem habentes. omnis enim modus exponit
Formam, leonis antrum ſanguinigeris
Habitare has meritò, non in fatidicis templis
His proximis morari odium.
Secedite ſine paſtore paſcentes.
Huius uerò gregis nullus deorum eſt amicus.
Eu. Rex Apollo audi uicißim.
Tu ipſe huius non particeps cauſæ es,

Sed omnino peregisti tanq̃ omniũ causa. (sermonis?
Ap. Quõ uidelicet tantam longitudinẽ extenderũt
Eu. Voluisti peregrinum hunc interficere matrem.
Ap. Volui pœnas ultrices patris mittere.
Eu. Et deinde fuisti susceptor noui sanguinis.
Ap. Et secedere mandaui ab his ædibus.
Eu. Et deductrices uidelicet has conuiciaris?
Ap. Non enim congruum his ædibus proficisci.
Eu. Sed nobis hoc est ordinatum.
Ap. Quis nam honor tacta donum pulchrum.
Eu. Matricidas ex domo abigimus.
Ap. Quid enim mulieris, quæ uirum separabit?
Eu. Non enim fiat consanguinea impultrix cædes.
Ap. Certè admodũ iniuria affecit et præter nihil suf
Iunonis perfectæ & Iouis approbationes. (cit.
Venus ignominiosa hoc proiecta est sermone.
Vnde mortalibus fiunt amicitiæ.
Cubile uiro & mulieri fatale,
Iurisiurandi iusticia custoditum manus.
Certè laxationibus mutuis occidunt,
Hoc non fieri neq; æstimare ira.
Non dico Orestem te iustè persequi.
Hæc manifestè scio, te admodum iratam esse,
Hæc manifestè agentem quietiorem.
Pœnas uerò alias uidebis horum dea
Eu. Illum uirum nunquam relinquam.
Ap. Tu uerò persequere, & plus laboris fac.

Eu. Tu

Eu. Tu ne pœnas meas amputa uerbis.
Ap. Nunquam susciperem ut haberet pœnas à te.
Eu. Magnus tamen apud sedes Iouis diceris.
Ego uerò,(ducit enim pœnas maternus sanguis)
Dimitto uirum uenatrix.
Ap. Ego uerò iuuabo,supplicemq; liberabo.
Grauis enim in hominibus & dijs est
Parricidæ ira,si prodidero ipsum uolens.
Ore. Regina Minerua,Loxiæ iussu
Venio,suscipe uerò propiciè exulem,
Non parricidam,neq; maculantem manum.
Sed languidum iam,expulsum ab
Alijs domibus,& aditibus hominum.
Similiter mare & terram transiens,
Seruans mandata Loxiæ fatidica,
Adsum domi,& statuam tuam ò dea
Custodiens,expecto finem pœnæ.
Eu. Esto.hoc uerò est uiri manifestum signum.
Sequere delatorem mutum consilijs,
Vulneratum enim tanquam canis,mortuum
Ad sanguinem & guttam requirimus,
Multis doloribus magnanima natura
Viscus,terræ uerò omnis allutur locus,
A' ponco potu carenti alis
Veni persequens nihil posterior naui.
Et nunc iste hic est celeriter,
Odor mortalis sanguinis mihi arridet.

Cho. Rea uide, rursus uide omnino,
Ne dat eat fugitiuum ascendens parricida multus.
Ille rursus exilium habens circa statuam
Adnexus deæ immortali
Subditus uult esse manibus.
Is non adest, sanguis maternus in terra
Incurabile, papæ hoc sacrificium humi fusum it.
Sed reddere uerita, à uiuente bibere
Rubrum ex miseris libamen, à te ucrò
Pastum ferrem potus mali potatu.
Et uiuentem te uestigans ducam infrà.
Contrarias pœnas pendes maternas.
Videbis ibi alium uirum,
Aut deũ, aut hospitem, aliquẽ impiorũ, aut parentes
Habentem quemq; pœnæ compensationẽ. (charos.
Magnus enim Pluto est gubernator mortalium,
Infra terram, tabulæ omnia uidet mente.
Ore. Ego edoctus in malis scio
Multas expiationes, & dicere ubi iusticia sit,
Tacereq; similiter, in hoc uerò negotio
Sapere constitutus sum à docto præceptore.
Torpet enim sanguis, & tabefacit manum.
Maternum scelus dilutum est.
Recens enim in ara dei existens
Phœbi, purgationibus expulsum est manufactis.
Multus uerò mihi fiat à principio sermo,
Qui accessi innocuo consortio.

Tem-

Tempus purgat omnia senescens simul.
Et nunc ex casto ore suauiter uoco.
Regionis reginam huius Mineruam, mihi
Venire in auxilium, posßidebit uerò sine hasta
Ipsum, & terram, & Argiuum populum,
Fidelem iustè in omnibus socium.
Sed si in locis regionis Libysticis,
Tritonis circum fluctum genitalis uadi.
Ponit rectum & longè ducentem pedem,
Anticis opitulans. siue Phlagræan glebam.
Audacia dux tanquam uir ßt eculatur,
Venit, audit uerò procul deus existens.
Vtcunq; sit mihi horum liberator.
Cho. Ne te Apollo neq; Mineruæ robur
Liberet, ut neglectus
Euanescas, gaudium nescions mentis.
Sine sanguine cibus dæmonum tenebræ,
Neq; contrà clames, sed expuas uerba,
Mihi conuersus, & consecratus.
Ap. Et uiuës mihi sacrificabis, neq; in ara iugulatus.
Hymnum uerò audiens hunc unctum tuum.
Cho. Age iã & chorũ tãgamus, posteq̃ Musã odiosam
Apparere dedit,
Dicere sortes contra homines,
Vt distribuat seditio simul,
Statim pœnæ sciemus esse.
Hos quidem impuras manus adijcientes.

Nullã

Nulla à nobis ira adſerpit
Innocuos uerò uitam agit,
Quiſquis iniuſtorum, tanquam uir
Manus cruentas occultat,
Teſtes rectæ mortuis his
Accedentes uindices ſanguinis,
Ipſi perfectè apparuimus,
Mater ſimul peperiſti, mater
Nox imprudentibus, & uidentibus,
Pœnam audi. Latonæ filius me ignominioſam facit.
Hunc auferens timidum, purgationem
Propriam cædis.
In hoc ſacrificato ſit
Cantus uerò, amentia,
Furor, inſania,
Hymnus ex furijs,
Vinctus ſine occaſione mentis, mœror mortalibus.
Hanc enim ſortem contrariam
Parca neuit fortiter habere,
Mortis his operationes
Incidunt ſtultæ,
Hos ſequi, donec ſub terram uenerint
Moriens non ualde liber.
In hoc ſacrificato
Hoc carmen, amentia,
Furor, inſania,
Hymnus ex furijs

Vinctus mentis sine occasione
Tristicia mortalibus.
Existentibus munera
Hæc uerò à nobis perfecta sunt.
Ab immortalibus abstinere
Manus, ne quis est
Diuisor particeps.
Mouens uestes
Sine parte, carens sorte constitutus sum.
Domorum enim elegi
Mutationes, quando Mars mansuetus existens amicũ
Intense persequentes (*interficeret*
Fortem existentem similiter
obscurabimus sanguine recenti.
Festino auferre
Hus curus,
Deorum uerò imperfectionem
Meis precibus perficere, neq; ad summum uenire.
Iupiter enim sanguine distillamẽ odio dignã gentem
Loquelam hanc dignam putauit (*puta hanc*
Opiniones uirorum & ualde sub æthere
Graues ordinatæ. sub terra deficium inhonoratæ.
Nostris impetibus lugubribus,
Saltationibus sanguinolentis pedis.
Admodum uerò capta ex ulnis grauem
Fero pedis uehementiam.
Imbecillia longis cursibus

Membra

Membra intolerando detrimento.
Cadens uerè non nouit hoc præ imprudentia.
Malum, tale per tenebras uerò odium uolat,
Et tenebrosam aliquam nubem in domo
Vocat fama longè gemens.
Manet enim, potentes uerò
Et perfectæ malorumq; memores atroces,
Et consolatione carentes mortalibus
Ignominiosè iniustæ furentes.
Sortis deorum dissentire faciunt,
Et sine sole lucere difficiles accessu
Respicientibus & uidentibus malè simul.
Quis igitur hæc non colet? & ueretur mortalium?
Audiens meum ius,
Et fatum ex dijs.
Dans finem, est uerò mihi
Munus antiquum, neq;
Ignominiam assequor, & si sub terra
Ordinem habens & obscuras tenebras.
Min. Procul exaudiui rumoris uocem
Ab Scamandro accensam,
Quam uidelicet Achiuorum duces, & primarij
Captarum rerum sortem magnam
Distribuerunt robur ipsum omnino mihi
Electum donum Thesei filijs.
Inde persequens ueni indomito pede.
Sine alis absorbens sinum Aegidis,

Pullis

Pullis robuſtis hoc coniugans uehiculum,
Et nunc uidens hanc conuerſationem terræ,
Timeo quidem nihil, admiratio adeſt in oculis.
Quinam tandem eſtis? omnib. uerò in cõmune dicõ.
Simulacrum uerò meum huic miti hoſpiti,
Voſq; ſimiles nulli generi Spartanorum,
Neq; inter deas uiſis à dijs,
Neq; in mortalibus ferendæ formis.
Dicere deformem exiſtentem propinquos malè.
Procul à iuſtis Themis uerò abſtinet.
Cho. Intelliget compendioſe Iouis filia.
Nos enim ſumus Noctis nigræ filiæ,
In domo terræ ſanè Hylæ uocatæ.
Mi. Genus quidem nouum, famaq; eiuſdem nominis.
Cho. Vltiones quidem meas intellige ſtatim.
Mi. Intelligerē ſanè, ſi diceret quis ſermone aperto.
Cho. Mortaliũ interfectores ex ædib. expellimus.
Mi. Et huic mortuo is finis eſt cædis.
Cho. Quando gaudere nequaquam putat.
Mi. Tales certè huic hortatur fugas.
Cho. Interfector matris eſſe dignum putauit.
Mi. Nullius aliæ neceſſitatis timens iram.
Cho. Talē uidelicet ſtimulū tanq̃ matrē interficerē.
Mi. Duobus exiſtentibus, dimidium ſermonis adeſt.
Cho. Sed iuſiurandum non ſuſcepit, non dare ult.
Mi. Audire iuſtos magis quàm agere uelis.
Cho. Quomodo doce, non enim indiges ſapientib.

Mi. Iu-

Mi. Iuramentis quæ non iusta sunt dico nõ uincere.
Cho. Sed argue, iudica uerò rectam iusticiam.
Mi. Certè si in me uertatur finis causæ.
Cho. Quomodo non colentes dignum à dignis?
Mi. Quid adhæc uerò dicere ò hospes uiciſim uis?
Dicens uerò regionem, & genus, & calamitates
Tuas, deinde ultoris uituperium.
Si confisus iusticiæ, statuam hanc
Pergis custodire, prope meam aram.
Grauis supplex in modis Ixionis.
His responde omnibus docilis mihi.
Ore. Regina Minerua, primo ex postremis
Tuis uerbis curam abstulisti magnam.
Non sum parricida, neq; habet scelus,
Ab hac manu tuum collocamus simulacrum.
Si quum horum tibi dicam magnum,
Mutum esse maledicum consuetudo est.
Postquam à uiro sanguinis expiatore
Cædes cruentam iuuenem animantem.
Diu ab alijs hoc consecramus
Domibus, & animantibus, & liberis meatibus.
Hanc uerò curam dico procul.
Genus uerò meum ut se habet intelliges citò.
Argiuus sum, patrem pulchrè inquiris,
Agamemnonem uirorum nautarum gubernatorem.
Cum quo tu Troiam caremem urbe Ilij urbem
Feciſti, ille interfectus est non pulchrè rediens
Domum,

Domum, sed ipsum nigra mens mea
Mater interfecit uarijs capturis,
Occultans lauacrorum teste cædem.
Et ego discessi, ante tempus fugiens cædem.
Interfeci matrem, non negabo,
Contrarijs pœnis carissimi patris.
Horum uerò communiter fuit Loxias in causa,
Dolores aduocans stimulos cordi.
Nisi cohibuissem qui in causa fuerunt.
Tu uerò iudica si iustè, siue non,
Agens hæc, te ubiq; laudabo.
Mi. Facinus maius quàm putet quis hoc,
Mortalis, iudicare, neq; tamen mihi fas,
Cædes discernere iracundæ pœnæ,
Aliàs; tu quidem perfectus ætate tamen
Supplex ueneisti purus innocuus domum.
Tamen te inculpatum eligo ciuitati.
Ipsæ uerò habentes fatum non tempestiuum,
Et non assequutæ negotium ferens uictoriam,
Secedant rursum, ex consilio sanies
In solum cadens intolerabilis grauis morbus.
Talia quidem hæc sunt, licet ambobus manere.
Mittere uerò mala signa non possum.
Postquam negotium huc mandauit hoc
Cædis uratæ iudices electos,
Ius in omne tempus ego ponam.
Vos uerò testimonia & signa

Vocatis auxiliatoria, iuramenta iusticiæ,
Indicans meorum ciuum optima
Veniam, discernere hoc negotium uerè,
Iusiurandum transgredientes nullum iustum mentè.
Cho. Nunc euersiones nouarum legum, si
Tenuerit iusticia, uel detrimentum huius parricidæ,
Omnes iam opus opportunitate consociabit mortales.
Multæ uerò ppessiones adhærebũt ueræ puerorũ læ-
Parẽtib. postea in tẽpore rursum speculatorũ (siones
Mænadum horum adserpet ira mortalium.
Omne fatum dixisti. intelliget uerò alius aliunde,
Aduocans mala propinquorum,
Quies, solutioq; laborum non amplius firma,
Miseros aliquis frustra consolabitur,
Neq; quis uocet
Calamitate paratus,
Hoc uerbum dicens,
Heu iusticia,
Heu sedesq; furiarum.
Fortassis hæc, pater,
Aut mater recenter perpessa,
Misericordia afficietur,
Postquam cadit domus iustè.
Sic erit grauitatem & mentis speculantem
Timet sedentem. conducit
Sapere præ luctu.
Quis uerò nihil in luce

Cor

Cor alens,
Aut urbs mortalisq;
Similiter amplius colet iusticiam.
Neq; liberam uitam,
Neq; subditam laudabis.
Omni quidem tali robur
Deus præbuit, alia
Alia præbent, temperatum uerò uerbum dico,
Impietatis uerò contumelia natus tanquam uerè,
Ex sanitate mentis omnibus uerò amica est &
Multum optata felicitas, omnino sanè dico
Reuereri iusticiæ aram, neq; ipsum
Videns lucrum impio
Pede calcando uilipendas.
Pœna sequitur,
Proprius manet finis.
Ad hæc quilibet parentum
Cultum bene primariorum
Et hospitales domuum curas
Reuereatur.
Ex quibus sine necessitate,
Iustus existens non infelix erit.
Pernicioſus nunquam erit.
Audacem uicissim dico transgressionem.
Sæpe omnino confusum sine iusticia,
Cum uiolento tempore constituere,
Integumentum cum acceperit labor

Lacerratas antennas.
Vocat nihil audientes
Media mala sorte.
Ridet dæmon hominem inconsideratum.
Hunc nunquam iactantem uidens impotentibus
Pœnis uinculum,
Neq; super existentem fastigium
In uita priorẽ felicitatẽ anchoræ iusticiæ proijciens.
Perijt imploratus perditus.
Mi. Clamita prẽco, & exercitum conuoca.
Siue igitur penetrans Tyrrhenica
Tuba mortalis spiritus plena,
Altus clamor appareat exercitui,
Impleto hoc conciliabulo
Tacere iube, & intelligere mea iura,
Omnem urbem in tempus.
Et horum commodo bene cognoscetur iusticia.
Cho. Rex Apollo impera illis quos habes.
Quid huius negotij es particeps? dic.
Ap. Testificaturus ueni & enim domorum
Supplex is uir, & ædis contubernalis
Meæ, cædis uerò huius expiator ego sum,
Et patrocinaturus, ipse causam habeo,
Matris huius cædis. tu introduc
Quemadmodum scis, hanc absoluens causam.
Mi. Vestrûm sermo, introduco causam.
Actor prior à principio dicens,

Sit

Sit rectè negotij præceptor.
Cho. Multæ quidē sumus, dicemus uerò cōpendiosè.
Verbum uerò ad uerbum respondè uicissim ponens.
Matrem dic primò si interfeceris?
Ore. Interfeci. nullæ sunt huius rei inficiæ.
Cho. Vnum quidem iam trium certaminum.
Ore. Non dispositò iactas hunc sermonem.
Cho. Dicere quidem oportet quomodo interfecisti.
Ore. Dicam, ensi tracta manu ceruicem secans.
Cho. Ab hoc persuasus, consilijq; huius.
Ore. Huius oraculis testimonium præbetur mihi.
Cho. Vates uasit te matrem interficere?
Ore. Et hunc semper, fortunam non accuso.
Cho. Sed si te corripiat ensis dices fortè.
Ore. Confisus sum, auxiliū ex sepulchro misit pater.
Cho. Mortuis nunc confisus es, matrem interficiens.
Ore. Duorum enim habuit impetus scelerum.
Cho. Quomodo? doce iudices hæc.
Ore. Interficiens patrem meum occubuit.
Cho. Tu quidem uiuis. hæc libera est à cæde.
Ore. Quid non illam uiuentem impulisti fuga?
Cho. Non erat consanguinea uiri quem interfecit.
Ore. Ego uerò matris meæ in sanguine.
Cho. Quomodo te nutriuit ò scelerate intra
Singulum, contemnis matris carum sanguinem?
Ore. Iam tu testificare, narra mihi
ò Apollo, si ipsam iustè interfecerim,

Facere quemadmodum licet non inficiamur.
Sed si iustè aut non tuæ menti
Videtur is sanguis, iudica ut hic narrem.
Ap. Dicam ad uos magnum Mineruæ
Institutum iustæ, uates cum sim, non mentiar.
Nunquam dixi in thronis fatidicis
Non de uiro, muliere, & urbe
Quod non iusserit cœlestium pater Iupiter.
Iustum quidem hoc est, quantum potest intelligere.
Consilium iubeo uos audire patris.
Iusiurandum enim Iouis non amplius potens est.
Cho. O Iupiter quõ dicis tu, hoc oraculũ præbuit?
Dicit Oresti huic patris cædem
Agentem matris nequaquam honores distribuere.
Ap. Non enim hunc uirum mori generosum
Iouis datis sceptris honoratum,
Et hæc à muliere, non bellicosis
Arcubus, longè iaculantibus, tanquam Amazonis.
Sed audiuit Pallas, hiq; sedentes
Calculo de hoc negotio discernere debent.
Ab exercitu enim ipsum adeptum
Sæpe meliora consilijs
Transienti lauacra, & in fine
Pallium occultauit in rotunda
Percutit uirum ligans ueste artificiosa.
Sic enim uobis uiri mors dicta est,
Honorandi ductoris exercitus nauium.

Hanc

Ap. *Hanc talem dixi ut intelligat populus.*
Quemadmodũ ordinatũ est patrocinari hãc causam.
Cho. *Patris uenerator Iupiter fatum, tuo sermone*
Ipse ligauit patrem senem Saturnum.
Quomodo hæc his non contrario dicis?
Vos uero audire hoc ego testificor?
Ap. *O omnino intusæ belluæ odium deorum,*
Has quidẽ pedicas soluite, hoc & remedium.
Et ualde magna machina solutoria.
Viri postquam sanguinem hausit puluis
Semel mortui, nulla est resurrectio.
Horum incantationes non fecit pater
Meus, alia uerò omnia susq; deq;
Vertens facit nihil, anhelo furore.
Cho. *Vide quomodo iudices fugere hunc.*
Matris sanguinem propinquum effundens humi
Deinde Argis paternas inhabitabit ædes?
Quibus utens popularibus aris?
Quænam purgatio contubernalium susciptet?
Ap. *Illud quoq; dicã, & intellige quàm rectè dicã.*
Non est mater nominati pueri
Parens, nutrix uerò fœtus recenter sati.
Parit uerò uterum ferens, hæc uera hospita hospiti
Seruauit ramum, quibus ne noceat deus.
Signum tibi huius sermonis ostendam.
Pater esse potest sine matre.
Testis adest puella Iouis Olympij,

Neq; in tenebris uteri nutrita.
Sed talem ramum nullus pariet deus.
Ego uerò Pallas aliaq; ut scio,
Tuam urbem, & exercitum faciam magnum.
Et hunc misi tuarum domorum contubernalem,
Vt fidelis sit in omni tempore.
Et hunc adipiscens socium dea,
Et hos deinde, & hæc uerò semper custodiet.
Amare hæc fidelia hos fatos oportet.
Iam iubeo hos pro sententia ferre
Calculum iustum, tanquam satis dictorum.
Cho. In nos omne iaculum immittitur.
Specto uerò ut audiã quomodo certamen decernetur.
Mi. Quid enim, à uobis quõ faciẽs irreprehẽsa eroẽ
Cho. Audiuistis, audiuistis, in corde uero
Suffragium ferẽtes, iusiurandũ reueremini hospites.
Audiat iam legem populus Atticus.
Primò decernite pœnas sanguinis fusi.
Erit reliquum Aegio exercitui,
Semper hoc cuiq; conciliabulum.
Pagum Areum Amazonum sedem,
Scenasq;, quando uenerunt Thesei contra inuidiam,
Bellum gerere & urbem nouam urbem,
Hanc excelsiturrim eleuarunt tunc.
Marti uerò sacrificarunt, inde est denominata
Petra Pagus Arius. in hoc uerò cultus
Ciuium, metusq; consanguineus non iniuria afficere,
Ob-

Obtinebit, hoc die & simul secundum prudentiam
Horum ciuium non contemnentium leges.
Malis fluctibus & luto aquam
Limpidam inquinans nunquam inuenies potum.
Neq; liberum, neq; subditum
Ciuibus comprimentibus consulo te esse.
Et non omnem grauitatem eijcere ex urbe.
Quis ueritus nihil iustus est mortalium
Talem iure cultum timentes,
Præsidiumq; regionis & urbis salutem
Habebit, qualia nullus hominum habet.
Neq; apud Scythas, neq; in locis Pelopis.
Lucrans illibatum hoc conciliabulum,
Reuerendum, animosum, pro dormientibus
Custodiam uigilantis terræ constituo.
Hanc meis porrexi admonitionem
Ciuibus in posterum dirigere uerò oportet,
Calculumq; eligere, & causam discernere,
Veremibus iusiurandum, dictus est sermo.
Cho. Attamen hunc cœtum terræ
Consultor sum nequaquam ignominia afficere.
Ap. Et ego oracula mea & Iouis
Timere iubeo, neq; sterilia condere.
Cho. Sed sanguinolenta facta non assecutus colis.
Vaticinationes nõ amplius castas uaticinaberis ma-
Ap. Certè pater fallitur consilijs, (nens.
Primis cædibus Ixionibus.

Cho. Dicis, ego non assecuta iusticiam
Cum atroci regione conuersabor rursum.
Ap. Sed cum iuuenibus & senibus
Dijs honoris expers eris, ego uerò uincam.
Cho. Talia patrasti & Pheretus in ædibus.
Ap. Nempe iustum colentem beneficijs afficere,
Aliàs tanquam indigens esset.
Cho. Tu antiquas dæmonas corrupisti,
Vino fefellisti antiquas deas.
Ap. Tu uerò non fortè habens causæ finem,
Mihi filium nihil graucm inimicis.
Cho. Postquam equitat iuuenis contra me uetulam,
Expecto subditum esse iusticiæ,
Tanquam ambigua existens irascor urbi.
Mi. Meum opus est ultimam in causam iudicare.
Suffragium hoc ego Oresti proponam.
Mater enim non illa est quæ me genuit.
Marem laudo ubiq; præterquam si ducat uxorem.
Omni animo admodum sum patris.
Sic præfero mulieris mortem,
Virum interficientis domorum speculatorem.
Vincit Oreste & si iudicata sint esse æqualia suffra-
Eijciant citò ex urnis sortes, (gia,
Quibuscunq; iudicum commissus & finis iste.
Cho. O nox nigra mater uides sanè hæc,
Nunc mihi laquei finis, aut lucem uidere.
Nobis cijcere, aut primos honores distribuere.

Mitti-

Mittite electiones rectè suffragiorum ò hospites.
Nõ enim iniustitia afficere cultores in diuisione licet.
Sententia absente decrimentum fit magnum,
Iaciens suffragium unum domum direxit.
Mi. Vir iste effugit causam sanguinis,
Aequalis est sortis numeratio.
Or. O Pallas, ò seruatrix mearum ædium,
Et terra paterna priuati, tu
Constituisti me, & aliquis Græcorum dicet
Argiuus iur rursus in rebus
Habitat paternis Palladis Loxiæq;
Gratia, & omnia perficientis tertij
Seruatoris qui reuertitus est paternum fatum.
Seruat me matris has patronas ui lens.
Ego huic regioni & tuo exercitui
In reliquum omne tempus plenum
Iurans in fœdere sanciendo, nunc abeo domum,
Ne aliquem uirum gubernatorem terræ
Vementem emittat ornata hasta,
Nos ipsi existentes in sepulchris tunc,
His nunc mea iuramenta transgredientibus,
Impotentibus agenus malis actionibus,
Vias ignauas & ab auibus meatus
Ponentes, tanquam illis curæ sit labor.
Dirigentibus uerò hanc urbem Palladis
Honorantibus ipsam semper socia hasta,
Ipsis nos sumus propitij

Valo

Vale & tu & patronus populus,
Certamen ineuitabile aduersarijs habes,
Salutemq; uictori ferram hasta.
Cho. o dij iuuenes antiquas leges
Euertistis, & ex manibus cæpistis me.
Ego uerò ignominiosa sum misera iracunda,
In hac terra, heu, heu, heu, luctuosam
Mittens cordis lachrymam, (heu.
Terræ intolerabilē, Lichē sine filijs carēs liberis heu
Heu causa campum impellens,
Mortaliū interfectrices maculas in regionē iactabit.
Lugeo. quid faciam, fiam. intoleranda
A ciuibus passa sum, heu admodum
Puellæ infelices noctis ignominiosæ.
Mi. Mihi confidite non grauiter ferre.
Non enim uicistis, sed causa æqualia habet suffragia.
Exiuit uerè, tu non ignominia affecta es,
Sed ex Ioue manifesta testimonia aderant.
Ipseq; uolens ipse erat testis,
Vt Orestes hæc faciens non haberet detrimentum.
Vos uerò huic terræ ne grauem iram
Proijcite, ne irascamini, neq; infrugiferam
Faciatis, dimittite dæmonum guttas,
Mortales potestates feminis feras.
Ego uerò uobis omnino iustè polliceor,
Sedes & latebras iustæ terræ.
In pinguibus focis sedentes

Esse

Esse à ciuibus istis honoratas.
Cho. O dij iuuenes antiquas leges
Euertistis, & ex manibus cæpistis me,
Ego uerò ignominiosa misera iracunda
In hac terra, heu, heu, heu luctuosam
Emittens cordis guttam, terræ intolerabilem, ex quâ
Lichen fœtus carens & liberis.
Heu causa campum impellens,
Mortaliũ interfectrices maculas in regionẽ iactabit.
Lugeo, quid faciam, fiam, intoleranda
A ciuibus passa sum ô admodum
Puellæ infelices noctis ignominiosæ.
Mi. Non estis inhonoratæ, neq; superbè admodum
Deæ mortalium statuctis maculatam terram.
At ego confisa sum Ioui, & quid oportet dicere.
Et claustra noui domorum sola dearum
In quo fulmen est signatum.
Sed illius nihil oportet, tu uerò à me persuasa
Ne stultam linguam proijcias in terram,
Fructum ferentem, omnia non pulchre agentes.
Sopor fluctus nigri, amarus furor,
Tanquam grauis & cohabitator mihi,
Multæ huius regionis primitias frugum
Sacrificabit, ante liberos & nuptias finem
Habens, semper hunc laudabis sermonem. (oportet.
Cho. Me pati hæc, heu me uersutã in terra habitare
Spretum odium heu, efflo furorem & omnem iram.

Heu,

Heu, heu terra, heu quis mihi subit
Latera dolor? animum spira mater
Nox, nam me ab honoribus domatam
Deorum fraudulenti cœperunt dolo sine causa.
Mi. Iras tibi conferam, nam senior es,
Tu & sapientior me multo es,
Sapere mihi quoq; dedit Iupiter non male.
Vos uerò in exteram terram uenientes
Terram hanc ut ametis prædico uobis.
Nam sequens tempus præstantius
Erit ciuibus his, & tu preciosam
Sedem habens in domo Erechthei,
Assequeris à uiris & mulieribus uestes,
Tantam ab alijs nunquam obtinebis mortalibus.
Tu uerò in his meis locis ne proijce,
Neq; sanguinolentas cotes, uiscerum detrimenta
Iuuenum, insanas ira uino carente.
Neq; euertens cor tanquam Alectores
Meis ipsis ciuibus condas puella
Intestinam q; ad Græcos audaciam,
Externum sit bellum, non uix præsens,
In quo aliquis erit amor gloria dignus.
Domesticæ uerò auis non dico pugnam.
Talia tibi eligere licet ex me,
Benefacientem, bene affectam, bene honoratam,
Regionis huius dijs charæ participē esse. (re oportet
Cho. hæc pati me heu heu me uersutā sub terra habita

Inho-

Inhonoratam, heu heu odium
Spiro furorem omnino, & iram.
Heu heu terra, hei quis mihi subit
Latera dolor? animum spira mater
Nox, nam me ab honoribus domatã, deorũ fraudulẽtis
Cæperunt dolo præter causam.
Mi. *Non defatigabor tibi dicens quæ bona sunt,*
Vt ne tandem dicas ad iuniores me
Dea antiqua & patrona mortalium,
Ignominiosa perit inhospitalis huius soli.
Sed si tibi cultus persuasionis castus est,
Meæ linguæ placamen, & oblectamentum.
Tu uerò si manseris, siue nolueris manere,
Neq; iustè inijcias urbi
Iram aliquã, aut indignationẽ tandẽ, aut detrimentũ
Licet tibi ab hac integræ terræ (exercitui.
Esse iustè omnino honorata.
Cho. *Regina Minerua quam habere me ais sedem?*
Mi. *Omnis ærumnæ incolumem, suscipe uerò.*
Cho. *At iam suscepi, quis nam me honor expectabit?*
Mi. *Vt nulla domus sine te ualeat.*
Cho. *Tu hoc facies ut tantum possim.*
Mi. *Nam colenti calamitates dirigemus.*
Cho. *Et mihi ante omnia promissionẽ tẽporis facies.*
Mi. *Non licet uerò mihi dicere quæ non perficio.*
Cho. *Demulgere me uisa es, at expellor ira.*
Mi. *In terra existens adipisceris amicos.*

Cho.

Cho. Quid igitur iußisti me,
Qualis non malæ uictoriæ ſpeculatrix
Et ex terra, ex marino rore
Ex cœlo & uentorum flatus.
Apricè ſpirantes peragrare terram
Eruges terræ & mortalium irrigatas
Ciuibus exuberantes ne laborent ultra tempus.
Et mortalium ſeminum ſalutem
Impijs concitatior eris.
Amo enim uri agricolæ iuſticiam
Genus horum illugubre eſt iuſtorum.
Hæc te ipſi. ego uerò bellicoſorum (urbem
Phantaſmatum certaminum non ſuſcipiam, quod nõ
Vrbanam inter mortales honorat urbem.
Cho. Suſcipio Palladis ædem, neq; ignominia afficiã
Quam & Iupiter præpotens, Marsq;
Cuſtodiam deorum incolit, liberatricẽ Græcorum,
Effigiem dæmonum, cui ego precor
Vaticinans propitiæ obnoxias uitæ fortunas felices
Terræ fundere pulchrum ſolis iubar.
Mi. Hæc uerò ego promptè meis ciuibus
Faciam magnos & implacabiles
Dæmonas ipſa ſubigens. (homines.
Omnia ipſe enim adminiſtrare ſortitæ ſum ſecundũ
Ille uerò non aſſecutus hæc grauia
Non nouit unde plagæ uitæ ſunt.
Errata enim ex prioribus ipſum

Ad

Adhas defert tacens pernicioſus,
Et clamoſos
Ininicis iris conſumit.
Cho. Arbori nocuum ne flet detrimentum
Mea gratia dico.
Incendium q̃; oculo priuans plantarum
Non tranſire fines locorum.
Neq; infructuoſus obſcuritatis
Morbus ſerpat, oues q̃; fœcundæ admodum
Cum duobus fœtibus
Alant tempore conſtituto prolem.
Dues terra Lucratile dæmonum donum ponat.
Mi. Hæc audite, urbis præſidium,
Qualia perficiet multum poteſt enim
Veneranda Erinnys apud immortales
Subterraneos, de hominibus
Manifeſtè perfectè faciunt,
His quidem cantilenas, illis uerò lacrymarum
Vitam cæcam præbentes.
Cho. Viri factas uerò intempeſtiuas dico fortunas,
Iuuenum optabilium
Fœlicem uitam
Date, dominium habentes
Deæ, quarum Parcæ
Sorores ex matre ſunt.
Dæmones rectilegi
Omni domo communes,

Omni tempore uerò incumbentes
Iustis consortijs omnium deorum honoratißimi.
Hæc uerò meæ regioni promptè
Perfectorum
Exulto, amo uerè oculos persuasionis,
Quando mihi linguam & os inspiciunt
Ad has inciuiliter renuentes.
Sed superauit Iupiter forensis, uincit bonos
Certamen nostrum semper.
Cho. Hanc uerò inexpletam malorum
Nunquam optarem huic urbi seditionem ciuium,
Neq; bibens puluis
Nigrum sanguinem ciuium,
Per iram pœnas
Cruenta detrimenta
Vrbis libenter suscipiat,
Gaudia contrà dent
Communi utilitate studente mente,
Et odio prosequi una mente.
Multorum enim hoc est remedium inter mortales.
Mi. Sapientibus sanè linguæ bonæ
Viam inuenit
Ex his terribilibus multibus
Magnum lucrum uideo ciuibus.
Has uerò lætas,
Lætæ semper sunt,
Multum honorantes.

Et terram & urbem rectè iustam
Ornatè omnes degentes.
Cho. Valete, ualete,
Valeat ciuilis populus,
Procul sedentes à Ioue,
Virginis caræ amici sapientes in tempore,
Palladis sub alis existentes ueneratur pater.
Mi. Valete & uos. primam uerò me oportet
Adire thalamos ostendentem,
Ad lucem horum sacram deductricem.
Ite, & sub cædibus his grauibus
In terram introeuntes,
Nocumentum quidem
Regionis obtineatis,
Lucrum uerò
Mittere in uictoria urbis oportet.
Vos uerò patroni præite
Pueri Cranai hos inquilinos.
Erit uerò bonorum
Bona mens ciuibus.
Cho. Valete, ualete rursus reduplico.
Omnes qui in urbe, dæmones mortalesq;
Palladis urbem habitantes,
Coloniam meam
Probè colentes, ne accusetis calamitates uitæ.
Mi. Probo sermones harum precationum,
Mittamq; lucem lampadum luciferorum,

Ad subterraneos locos,
Cum famulabus, quæ custodient statuam
Meam iustè. oculus omnis terræ
Thesei dis exeat, charum agmen,
Puerorum, mulierum & uetularum classis
Punicco tinctis indutis uestimentis
Honorate & lux impetum faciat ignis,
Vt læta sit congregatio terræ.
Reliquum, bonorum uirorum utilitate ornetur.
Cho. Ite domum honorandæ
Noctis filiæ sine liberis,
Cum prudente pompa.
Bene precamini. secedite
Terræ sub latebris antiquis.
Et honoribus & sacrificijs
Honorificè fortunisq;, bene precamini uerò passim
Beneuolè & propitiæ terræ, huc uenite graues igni
uoræ (tilenis.
Face delectantes, iuxta uiam uerò iubilate nunc in cã
Libationes omnino in domo sint.
Palladis ciuibus Iupiter omnino speculator. (nibus.
Sic enim Parca simul descẽdit. iubilate nũc in cantio-

SVPPLICVM ARGVMENTVM.

DAnaus Beli filius, cum accepisset oraculum se à proprio genero interfectum iri, noluit quinquaginta filias, quæ illi erant, filijs Aegypti fratris

fratris despondere. sed classe parata, Argos profectus est. ubi tandem à rege Stenela & populo receptus est. cum hoc Aegypti filij percepissent, illum insecuti sunt, quibus Danaus filias in uxores dedit. illæ uerò à parente instructæ, maritum quæque una excepta peremit.

FABVLAE PERSONAE.

Chorus Danaidum.	*Danaus.*
Argiuorum rex.	*Senex.*
Puellæ	*Præfatur Chorus.*

Tinam Iupiter quidem Aphictor uideat promptè
Classem nostram
Naualem eleuatam
Ante angusta ostia
Nili. diuam uerò relinquentes,
Terram uicinam Syriæ, fugimus
Nullum pro sanguine pópulari,
Suffragio urbis constitutæ,
Sed sponte natas uirifugas
Nuptias Aegypti filiorum impias
Iniuria affectæ.
Danaus uerò pater & consilij princeps,
Et seditionis princeps, hæc decernens
Præcipua dolorum perfecit.
Fugere uerò oportebat per Cymbaleum.

Vocauit Argi terram, unde iam
Genus nostrum, insanientis
Bouis ex congressu & inspiratione
Iouis optans perfectum est.
In quam igitur regionem lætiorem
Hac appelleremus,
Cum supplicum ramis, sacrisq; coronis?
Quorum urbs, quorum terræ limpida aqua
Consultoresq; dij, & precioſi
Terrestres sepulchra obtinentes,
Et Iupiter seruator tertius domus custos,
Sanctorum uirorum, suscipiat supplicem
Fœminigenam classem uenerando
Spiritu regionis, masculis plenum,
Gregem uerò contumelioſum Aegyptogenam,
Priusquam pedem terræ huic in arena deceat
Figere, cum uehiculo celeri
Mittite pontum, huc uerò nimbo
Tempestuoſo tonitru, fulgetro
Et imbriferis uenis sæuis
Maris contraponentes pereant:
Priusquam lectos à quibus fas arcet,
Appropriata patri fraternitate
Hac nolentium ascendamus.
Nunc uerò inuocantes
Iouis uitulum superpontium ultorem filium
Contraria lege progenitoris

Bonis

Bonis ex inſpiratione
Iouis congreſſum denominatione
Perfecta eſt fatalis uita
Confeſſo, Epaphum generatione exiſtentem dicens.
Nunc uerò in legificibus matris antiquæ locis,
Priorum laborum memor, nunc oſtendam
Fidelia ſigna, hæc uerò diſſimilia
Noui inſperata, apparebunt exiſtentia.
Cognoſcet
Verò ſermones aliquis in prolixitate.
Si uerò aſſequetur prope augures
Propinquus, miſericordiam miſerabilem audiens.
Putabit aliquis audiens
Vocem obſeruatricis miſerabilis uxoris
Luſcinię; à circis exactæ,
Quæ locorum, regionum, fluuiorum
Luget recentem miſericordiam conſuetorum.
Componit uerò pueri
Mortem tanquam ipſa interficiens
Perijt manu ſua,
Matris malam iram aſſecutus.
Sic ego lacrymoſis graubuſq;
Legibus
Lacero tenellam
Nilo creſcentem genam,
Corq; lachrymis uacuum
Lugubres flores decerpo, uerita amicos huius fugæ.

A terra aeria,
Si aliquis est gubernator.
Sed dij genitores,
Audite probè ius uidentes.
Aut non dantes habere fatum perfectum,
Contumeliam uerè odio habentes.
Sint enim iusti nuptijs.
Est enim mali belli uenatis
Ara Martis fugientibus
Liberatio cultus deorũ. si cucurrerit Iouis uerè omni-
Iouis desiderium non facile uenatu fuit. (no,
Omnia certè comburit, etiam in tenebris.
Nigra consortia mortalibus hominibus.
Cadit tutò neq; in dorsum,
Vertice Iouis si perficiatur negocium integrum.
Titiones curarum
Vmbrosiq; intendunt meatus,
Visu inconsiderati.
Lædit uerò intuens,
Ab altis turribus pernicioso
Mortales. uiolentiam
Nullam armis instruis.
Munus dæmoniorum,
Colloçatum supra prudentiam quomodo
Egit ex se tamen,
In sedibus castis.
Videat in contumelia

Mor-

Mortali qualiter iuueneſcit is.
propago uerò
Noſtrum matrimonium, ramus
Stolidis mentibus
Cogitationemq; furioſam,
Et ſtimulum habens, incorruptibile, detrimentum
Fallaciæ uerò mutans.
Tales affectus doloroſos narrat lugubres,
Acutos, graues, lachrymoſos, heu, heu.
Heu heu
Carminibus ornatæ
Lugentes cantiones
Viuens luctibus nobiſcum.
Placo Apiam terram,
Barbaram uocem intelligis.
Sæpe uerè procido cum lacera ueſte
Linea, aut
Sidonio integumento.
Dijs uerò piacula perfecta hoſtium pulchrę
Præcurrens ubi mors adierit.
Heu heu
Heu difficiles labores.
Quónam fluctus is deducet?
Placo quidem Apiam terram.
Vocem barbaram intelligis.
Sæpe uerò procido cum lacera ueſte
Linea, aut

Si domo integumento
Remus quidē & nauis domusq; protegēs mare hasta
Intempestiuosum me emittebat auris.
Nec; accuso finem, in tempore uerò
Pater qui omnia uidet propitius condidit
Semen magnum grauis matris cubilia uirorū heu heu
Sine matrimonio indomitam effugere,
Volentem igitur
Volentem castam.
Me respiciat Iouis filia,
Habens me in conspectu tutò,
Omnino uerò fortificans persecutionibus
Vero tutelæ indomitæ indomita
Liberatrix esto.
Semen magnum grauis matris
Cubilia uirorum heu heu,
Carens nuptijs indomitam effugere.
Si uerò non, nigrum
Aut Ioue formatum genus
Propinquum
Hospitalissimum
Iouem defessorum
Adiemus cum ramis,
Laqueis morientes,
Non consecutæ deos cœlestes.
O Iupiter iens ira scrutatrix à dijs.
Cognosco uerò nocumentū uxoris cœlestis cōtētiosæ,

Ex

Ex moleſto uento it tempeſtas.
Et tunc non iuſtis
Tolerabit ſermonibus Iupiter,
Bouis
Filium ignominia afficiens, quem ipſe
Aliquando condidit ſemine,
Nunc habens retrò conuerſum
Viſum in precibus.
Ex alto bene audit inuocatus.
Rex. Puellæ ſapere oportet, cum prudenti uenite
Fideli ſeni, huic nauclero patri.
Et in terra nunc conſilium accipere
Probo, cuſtodire mea uerba ſcribentes.
Video puluerem mutum nuncium exercitus,
Fiſtulæ non tacent axi impulſæ.
Turbam uerò propugnatricem & bellicoſam
Video, cum equis, & flexis uehiculis.
Fortè ad nos huius terræ duces ueniunt,
Speculatores ſint audientes nuncios.
Sed ſiue innocuus, ſiue incenſus
Crudeli ira, impellite claſſem hanc.
Sed melius eſt ò puellæ omnino,
In hoc ſaxo ſedere, certantium deorum.
Melior turri eſt ara ualidum ſcutum.
Sed quàm citiſſimè aſcendite, puras
Preces ſtatuamq; uenerandi Iouis,
Religioſe habentes in manibus eiuſdem nominis.

Veneran-

Veneranda & placantia uerba & utilia
Hospites alloquimini, ut aduenas decet.
Manifeste dicentes has sanguine carentes fugas,
Vox deinde secatur prima, non tumultuosa.
Stulti uerò ex frontibus sapientum ne
Eant uultus ab oculo quieto.
Et neq; garrulitas neq; taciturnitas in sermone
Sit. hoc certè genus admodum inuidum est.
Memor sis uerò obedire, necessitate es hospita exul.
Audaci ore esse non decet inferiores.
Pu. Pater prudenter ad prudentes loqueris.
Conabimur memores esse tuorum
Proborum mandatorum. Iupiter genitor uideat.
Se. Nunc ne ociare, machinamenti sit robur.
Pu. Vellem prope te sedem habere.
Se. O Iupiter, miserere non lacerans perditas.
Pu. Videat ex oculo propitio.
Illo uolente hæc bene finiet.
Se. At nunc Iouis auem hanc uocate.
Pu. Vocamus radios solis salutares,
Purumq; Apollinem exulem cœlo deum,
Videns fatum hoc, parcat mortalibus.
Se. Parcat uidelicet, & adsit promptus.
Pu. Quem igitur uocabo cœlestium amplius?
Se. Video tridentem hunc signum dei.
Pu. Sed quando misit. tunc susciplat in terra.
Se. Mercurius ipse alius his legibus Græcorum.

Pu. Liberis igitur præmia prædicet.
Se. Omnium uerò regum horum communem aram
Colite in castitate, uinculum tanquam columbarum
Constituite, metu circorum similes alas habentium
Inimicorum consanguineum inquinantium genus.
Auem auis quomodo colit mandens.
Quomodo uxorem ducens inuitam ab inuito
Purus erit, neq; moriens in inferno
Fugiet stulticiam causæ, hæc agens.
Et illic iudicio contendet
Iupiter alijs laborantibus ultimas pœnas.
Considerate & remunerate locum hunc.
Vt uobis hoc negotium bene uincat.
Re. Qualem cateruam & barbaram classem,
Peplis barbaris & prolixis
Ludentem aduocamus?
Non enim Argolica est
Vestis mulierum, neq; ab aliquo loco Græciæ.
Sic uerò in regionem neq; sub caduceatoribus
Non hospites sine ducibus migrare
Toleraſtis intrepidè, hoc mirum est:
Rami quidem iuxta leges aduentantium
Iacent apud uos, à dijs Agonijs
Tantummodo hoc coniectura conferet Græcia terra,
Et alia multa assimilare iustum erat,
Nisi præsenti uox significabat.
Pu. Dixisti circumornatum uerum sermonem.

Ego

Ego uerò ad te utrum tanquam ad socium loquor.
Aut ad sacri custodem, uel urbis regem.
Rex. Ad hæc respondè, & dic confidens mihi.
Terrigenæ sum ego antiquæ terræ
Filius Pelasgi huius terræ princeps.
Mei regis consentaneè denominatum
Genus Pelasgicorum hac fruitur terra,
Et omni terra quam perambulat Algus,
Stry nonq;, ad occasum solis impero.
Termino uerò hanc terram Pereborum
Trans Pindumq; prope Pœones,
Montesq; Dodonei. secat uerò mons
Humidum mare, his amplius ad hæc impero.
Huius regionis solum Apiæ
Quondam uocatum est, causa uiri medici.
In hanc regionem enim ueniens Apis ex finitimo locò
Medicouates Apollinis filius, terram
Hanc purgat à feris mortales lædentibus.
Hæc uerò antiqui sanguinis inquinationibus,
Perfecta terra dimisit feras iracundas &
Draconum multitudinem infelicem societatem.
Horum remedia expiatoria tonsa
Agens irreprehense Apis Argiuæ terræ
Memoria tandem pro mercede inuenit precibus.
Habes enim à me hæc signa.
Longam tamen liberationem non amat urbs.
Pu. Breuis & uerus tuus sermo est, Argiuæ genere

Exiui-

Exiuimus ex semine filij bouis,
Et omnia hæc uera, dicam sermone.
Rex. Incredibilia auditu narratis mihi hospitæ,
Nempe uestrum esse Argiuum genus.
Libysticis magis similes
Mulieribus estis, & nequaquam patrijs.
Et Nilus aluit hanc plantam,
Cyprius characterq; in mulieribus formis.
Imago cussa est à fabris masculis.
Indos audio Nomadas equis similibus
Esse camelis dorso ferentibus, terram
Apud Aethiopas
Et uirilibus carentes carnibus Amazonas
Siue iaculatrices admodum assimilaui
Vobis, doctus hoc uiderem adhuc
Quomodo genitale semen tuum Argiuum sit.
Pu. Clauigeram Iunonis aiunt domorũ aliquando
Io fuisse in hac Argiua terra,
Hanc, ut maximè rumor multus tenet,
Et non sermo aliquis, Iouem mixtum fuisse mortali
Et occultè hæc Iunonis fallaciarum.
Quomodo finit regum contentio hæc.
Bubulcum fœminæ posuit Argiua dea,
Rex. Igitur appropinquat Iupiter cornutæ boui.
Pu. Ornantẽ illum aiunt corpus cornupetæ tauro.
Rex. Quid uidelicet ad hæc uxor fortis Iouis?
Pu. Omnia uidentem custodem constituit bou.

Rex. Qua-

Rex. Qualē,omnia uidentē propriū bubulcū dicis?
Pu. Argum quem Mercurius filiū terræ interfecit.
Rex. Quid igitur contigit aliud infelici bouī?
Pu. Boues impellentem tabanum incitatiuum
Stimulum uocant,ipsum Nili pueri.
Rex. Ipsam sanè ex terra hac expulit longò cursu.
Pu. Et hæc dixisti omnino coniunctè mihi.
Re. Attamen Canopum & Memphim uenit.
Pu. Iupiter attrectator manu plantauit prolem.
Re. Quid igitur optat diuus uitulus bouis.
Epu. Epaphus liberatorum eiusdem nominis.
Libya maximo huius terræ fruens.
Re. Quam aliā igitur amplius dicis huius prolem?
Pu. Bellum duorum liberorum patrem mei patris.
Re. Hoc nomen omnino sapiens mihi dic.
Pu. Danaus uerò frater est quinquaginta filiarum.
Danai huius nomen sermone aperto,
Aegyptus,sciens nostrum antiquum genus,
Aggeres tanquam Argiuam classem constituens.
Re. Videmini iam mihi participes esse huius terræ
Ex antiquitate.sed quomodo paternas ædes
Relinquere toleraſtis? quæ fortuna emersa est?
Cho. Rex Pelasgorum,hominum uaria mala.
Laboris uides nequaquam hanc alam.
Postquam qui optabat hanc insperatam fugam
Portare Argos gloriam generosam priorem
Odio terrentem matrimonium ex cubili.

Quid

Rex. Quid ais appellere ad deos forenses,
Albos habentem ramos recenter decerptos?
Pu. Vt ne essem fámula generi Aegypti.
Rex. Vtrum ob inimicitiam, aut fas non dicis?
Pu. Quis uerò amicos emat possessores?
Rex. Robur sic maius crescit mortalibus.
Pu. Et infelicium facilis liberatio.
Rex. Quomodo pius erga uos ego sum?
Pu. Petunt ne des rursus Aegypti filijs.
Rex. Grauia dixisti, te bellum suscipere nouum.
Pu. Sed iusticia socios exaltat.
Rex. Si principij negotiorum participes sim.
Pu. Reuerere puppim urbis sic coronatam.
Rex. Steti uidens has facere mumbrationes.
Pu. Grauis est Iouis Iecsij ira.
Cho. Antiquæ terræ fili audi me,
Prompto corde Pelasgorum rex.
Vide magnum supplicem exulem circa currentem
Tanquam albam uitulam in petris
Excelsis subsidium credulum reboat
Dicens labores bubulco.
Rex. Video ramis recenter decerptis umbraculum,
Iuuenemq; caternam horum forensium deorum.
Erit innocuum hoc negotium ciuibus.
Neq; ex insperatis & improuidis urbi,
Contentio fiat. his enim non eget urbs.
Cho. Videret uidelicet innocuam fugam,

Iceſia Themis Iouis Clarij filia.
Tu ab altinato intellige ſenex cum ſis
Parricidam ueritus, ex quo
Sacra conſilia deorum
A uiro caſto.
Rex. Non ſedebitis domorum contubernales
Meorum, ſi communiter inquinetur urbs.
Ego uerò non perficerem promiſſionem priorem
Ciuium omnibus his communicans.
Che: Tu urbs es, tu popularis,
Gubernator iniudicatus,
Tenes aras & focos terræ,
Solo calculorum nutu tuo.
In ſolijs ſceptralibus negotium
Omne perficis. ſcelus uita.
Rex. Scelus iræ plenus meis erit.
Vobis opitulari non poſſum ſine nocumento.
Neq; rurſus hoc iucundum has preces contemnere.
Inops uerò ſum cõſilij, & metus meã mentẽ occupat.
Facere & non facere, aſſequi & auferre.
Cho. Speculatorem altum conſidera,
Cuſtodem laborioſorum
Mortalium, qui propinquis aſsidentes
Non aſſequuntur cauſam iuſtam.
Manet Iouis Ictæi ira
In implacabilibus patientis miſerationibus.
Rex. Si uerò ſuperent te filij Aegypti

Iure

Iure ciuitatis dicentes propinquitatem generis.
Esse, quis contrà ire noluerit?
Oportet iuxta leges has domo fugere,
Vt non habeant ullam potestatem in te.
Cho. Ne igitur, ne fortè sublitus essem
Imperantibus uirorum, magnum
Machinamentum termino matrimonij iniucundi
Fuga eligens iusti etiam sociam.
Iudica cultum per deos. (iudicem.
Rex. Non facile iudicatu est hoc iudicium. ne me elige
Dixi uerò antea, non sine populo hæc
Agerem, neq; imperans, ne fortè
Dicat populus, quod tale non contingat.
Honorans aduenas, perdidisti urbem.
Pu. Ambos consanguineus considerat (facere.
Iupiter, in alterā partem uergens distribuens meritò
Iniusta malis, sancta pijs.
Quid horū suscepto non repentiū, ægrefers iusticiā.
Rex. Opus est profunda cura salutari,
Instar natatoris in gurgitem cuntis
Intuentis oculo neq; admodum temulentus.
Vt innocua hæc sint, primò quidem urbi,
Nobis q; ipsis perficiat pulchrè.
Et neq; liberatorum contentio aggrediatur.
Neq; in solijs deorum sic consistitas
Grauem cohabitatorem faciamus, & Alastora.
Vt neq; mortuam apud inferos liberet.

Num uidetur opus esse cura salutari?
Cho. Cura, & esto omnino pius.
Hospes, exulem ne prodas.
Hanc procul expulsionibus impijs agitatam,
Neq; uideas me solo carentem
A multis dijs liberatam.
O qui omnem habes potestatem terræ,
Cognosce uerò contumeliam uirorum,
Et custodi iram.
Neq; toleres supplicem uidere
Abstatuis ui
Causæ ductam
Equorum more, per retinaculum,
Et elaboratorum peplorum
Apprehensiones meorum,
Scias hæc pueris & domo esse
Quæ condes, manet, ad rependendum
Simile fas, hæc dicere iusta sunt à Ioue imperia.
Rex. At iam dixi. hinc exite.
Aut his, aut illis inferre bellum magnum
Omnino necesse est. at compacta est scapha
Cuneis nauticis tanquam, adducta.
Sine dolore nequaquam euersio.
Et rebus domorum dilapidatarum
Detrimentum manus & magnum implens onus,
Fiant alia Ctesij Iouis gratia.
Et lingua iaculans non opportuna,

Sit

Sit sermonis sermo blandus,
Doloroſa animi incitamenta.
Vt uerò fraternus sanguis non sit
Oportet multas hoſtias sacrificare & mactare.
Dijs multis, multa remedia doloris sunt.
Vertè admodum contentiones huius ego prætereo.
Nolo ego inſcia malorum potius quàm ſapiens
Eſſe. fiat bene prater ſententiam meam.
Pu. *Multorum audi reuerendorum ſermonũ finem.*
Rex. *Audiui, & diceres quæ me non fugerent.*
Pu. *Habeo tortuoſum cingulum, & collectiones pe-*
Rex. *Fortunæ mulieri hæc conueniunt.* (*plorũ.*
Pu. *Ex his igitur ſit machina pulchra.*
Rex. *Dicito hunc ſermonem narrans.*
Pu. *Si non fidem adhibueris huic claſſi.*
Rex. *Quid tibi perficit machina uiuentium unà?*
Pu. *Nouis tabulis has ornare ſtatuas.*
Rex. *Obſcurus eſt ſermo. ſed quomodo? dic.*
Pu. *Ex dijs quàm citiſſimè educere.*
Rex. *Audiui longiſſimum ſermonem cordis.*
Pu. *Intellexiſti, te uidere feci manifeſtius.*
Rex. *Et ſæpe difficilima negotia,*
Malorum multitudo tanquam fluuius labitur.
Detrimenti uerò abyſſum pelagus non admodũ fa-
Ingreſſum eſt, & nequaq̃ malorũ litus. (*cile tranſitu*
Si enim uobis hoc negotium non perfecero,
Scelus dixiſti non ſuperandum.

Si uero filijs Aegypti consanguineis tuis
Stans ante mœnia propter finem pugnæ ueniam.
Quomodo non fiet precium amarum,
Viros mulierum causa sanguine tingere solum.
Tamen necesse est Iouis reuereri iram
Misericordis maximus mortalibus est metus.
Tu uerò pater senex harum uirginum,
Ramos hos tange ulnis accipiens.
In alijs aris deorum patriorum
Pone, ut sciant huius appulsionis signum
Omnes ciues, neq; abijciatur sermo
Meus. A' principio enim causam amat populus.
Et fortè meritò hæc uidens,
Contumeliam quidem oderit uirilis claßis.
Vobis uerò erit populus mitior.
Inferioribus enim quisq; fert beneuolentiam.
Cho. Multis hæc nobis sunt digna,
Venerandum bene uertentem hospitem accipere.
Ministros uerò & iudicatores patriorum
Vnà mittito, ut patronum deorum
Aras protemplares, sedesq; patronum
Inueniamus, præsidio uerò per urbem
Eunt, natura non comes formæ est.
Nilus non simile Inachi genus
Alit, cauere oportet ne audacia pariat metum.
Et iam aliquis amicum interfecit præ ignorantia.
Rex. Ite uiri. bene enim hospes dicit.

Præ-

præite ad aras ciuicas deorum sedes.
Et symbolis, non multum loqui opus est,
Nautam ducentes hunc familiarem deorum.
Pu. Sic enim dixisti, & ord natus it.
Ego uerò quō facio ubi audaciam distribuis mihi.
Rex. Ramos quidē laboris ipsius signum relinque.
Pu. Et iam relinquo, manu & uerbis tuis.
Iuxta hoc nemus conuerto amplum.
At quomodo nemus profanum liberabit me?
Rex. Non enim rapinis alatorum dabimus.
Pu. Sed si draconum tristium inimicis.
Rex. Benedictus sit sermo benedictæ.
Pu. Non certè nūrū molestiā ferre mentis timore.
Rex. Semper regum timor ingens est.
Pu. Tu loquens lætifica & agens mente.
Rex. Sed longo tempore non deseret pater.
Ego uerò populos conuocans patrios,
Persuadebo concionem ut clementer faciat.
Et tuum docebo patrem, qualia oportet dicere.
Ad hæc mane, deosq; patrios
Precibus ora, amorem horum te assequi.
Ego uerò hæc ornans uenam.
Persuasio sequatur, & fortuna adtrix.
Cho. Rex regum, beatorum
Beatissime & perfectorum
Perfectissime robore felix Iupiter,
Approbat, & sic fiat,

Vita uirorum contumeliam odio habens.
Nauem mari purpureo iniice tetricam,
Ad mulierum respiciens
Diu uocatum nostrum
Genus charæ progenitricis mulieris.
Renoua laudem lætam.
Esto multam habens memoriam attrectator lus.
Diuæ genus optamus esse
Terræ, à qua incolæ
Antiquum ad uestigium transmiserunt
Matris inspectores contrarios
In pratum bubus præbens cibum, inde Io
Oestro impulsa
Fugit errans,
Multas mortalium lustrans
Nationes. bifariam uerò contrauadam
Terram fato dissecans,
Vadum tempestuosum metitur.
Mittit ab Asiatica terra
Per uniuersum Phrygiæ desertæ,
Transit uerò Teuthrantis urbem Musarum
Lydiæq; ualles,
Et per fines Cilicum,
Pamphyliorumq; genus progressa,
Fluuiosq; perennes,
Et ditissimam terram,
Et Veneris multum ignis habentem terram

Peragrat

Peragrat telo bubulci impulsa aligeri,
Diuum omnia pascens nemus.
Pratum niuem pascens, inde proficiscitur
Typhonis furor,
Aqua Nili morbis non illibata,
Furens laboribus ignominiosis,
Doloribus pungentibus
Diuæ Iunonis.
Mortales uerò qui terræ tunc erant incolæ,
Pallido terriculo animum
Quatientem, uisione insolita
Bouem uidentes difficulter mixthominem,
Hanc quidem bouis, (mebant.
Hanc rursus mulieris participem monstrum uerò ti-
Et hoc iam aliquis erat demulgens,
Errantem miseram
Oestro ictam Io.
Iupiter imperans æuo inquieto
Vi, & innocuo robore,
Et diuinis inspirationibus
Sedat, lachrymarum uerò luctuosum pudorẽ stillat.
Accipiens pondus diuinum uero sermone.
Concepit puerum irreprehendendum,
Longo æuo felicem.
Inde omnis boat terra
Viuificans genus,
Hoc Iouis uerè est.

Quis uerò Iunonis sedauit
Morbos impetuosos?
Iouis hoc opus & hoc genus dicens
Ex Epapho, assecuta es.
Quem deorum iustioribus
Inuocarem merito operibus?
Pater plantator ipsa manu rex
Generis antiqui magnus
Artifex omni machinamento Iupiter.
A principio nullius festinans.
Mi. Potentioribus imperat,
Nullum sedentem sub cœlis deorsum,
Adest uerò opus quemadmodum sermo.
Festinare aliquid, horum fraudulenta mens fert.
Sen. Confidite puellæ bene patriorum
Populi uisa sunt omnino suffragia.
Pu. Salue senex charissime nuncians mihi,
Vnum die nobis, quò tetendit finis?
Populi imperans manus quomodo plena est?
Sen Visum est Argiuis non diuisim,
Sed tanquam pubescerem antiqua mente.
Totus populus manibus dextris
Horruit æther perficientium hunc sermonem,
Nos incolere hanc terram liberos,
Et liberatos cum defensione mortalium.
Neq; incolarum neq; aduenarum quenquam
Ducere: si uerò addatur robur,

Non

Non adiuuantem has aduenas,
Ignominiosum esse cum fuga popolari.
Talem uerò sententiam persuasit pro nobis dicens
Rex Pelasgorum, Iouis iram
Magnam, lætus existens ne fortè ultionem temporis.
In urbem augeretur hospitale & ciuicum simul
Dicens duplum scelus ante urbem apparere.
Inops cibus doloris esse
Talia audiens manibus Argiuus populus
Perfecit sine apparitore ut esset hæc.
Concionatores audiuit persuasus uersutijs
Populus Pelasgorum, Iupiter uerò perfecit finem.
Cho. Age dicamus pro Argiuis
Preces bonas, bonorum retributiones.
Iupiter uerò inspexit hospitalis hospitem
Oris preces in ueritate,
Ad omnem finem sine reprehensione.
Nunc uerò eum & dij
Generosi audiuerint
Optanda genere fundente me.
Ne fortè igni consumptam
Pelasgiam urbem,
Choreis carentem clamorem
Posideat lasciuum bellum
In aruis
Metens alijs mortales.
Quando miserti sunt nostri,

Suffra-

Suffragium lætum posuerunt.
Reuerentur supplices Iouis,
Gregem hunc magnum.
Neq; cum uiris
Calculum posuerunt contemnentes
Contentionem mulierum.
Diuinum inspicientes
Actorem & speculatorem
Inexpugnabilem, quem nulla
Domus habebit tectum
Inquinantem, grauis uerò sedet.
Venerantur enim fratres
Iouis puri supplices,
Certè puris aris
Placabunt deos.
Certè enim ex umbrosis
Oribus uolent charæ preces,
Ne fortè pestis uirorum
Hanc urbem euacuet,
Neq; patrijs casibus
Cruentet campum.
Pubis flos non decerptus
Sit, ne Veneris
Concubitor mortalium destructor Mars
Metat florem. & senibus implentium honorati
Muri splendentiumq;
Sic urbs bene distribuatur.

Iouem

Iouem magnum colentium,
Hospitalem supremum
Qui ciuica lege fatum dirigit.
Parere uerò rectè
Alios optamus semper.
Dianam uatem mulierum
Sermones gubernare,
Neq; uirorum aliqua
Pernicies exeat
Hanc urbem dirumpens.
Choro carens cithara,
Lachrymarum parientem Martem,
Clamoremq; populorum extra illudens
Morborumq; cohors à ciuibus
Sedet in potentia tetrica.
Propicius Lytius esto
Omni conuentui,
Fructifico uerò Iupiter perficiat prouentu terram omni tempestate.
Animantes pascentes multiparas similiter faciet.
Omne ex dijs accipiam. beatum cantum
Musæ deæ & cantores,
Ex casto ore feratur
Fama amica citharæ.
Custodiatq; honoratos honores
Populus, urbem teneat prudens cõmunis principatus.
Hospitibus fausta signa,

Qui usquam

Qui usquam arment Martem.
Sine causa dolorum dent
Deos uerò qui habent semper terram,
Honorent patrios patrijs
Lauriferis sacrificijs.
Parentum uerò cultus tertius hic in legibus
Iusticiæ scriptus est magnanimæ.
Da. Preces quidem laudo has prudentes ò amicæ.
Vos uerò ne turbet audire patris
Insperatos hos & nouos sermones.
Supplicis uideo ab hac specula
Nauem, neq; me latet insigne
Ornatus, & uela funèsq; nauis.
Et prora ante oculos uidens uiam.
Claui gubernator postremi nauis.
Admodum pulchrè audiens, tanquam non amica.
Ornant uiri nautæ nigræ.
Membri peplis albis usu.
Et alia nauigia omne enim auxilium
Bene ornatum, ipsa uerò dux sub terra.
Mittes uelum croceò tinctum remigat.
Sed quietè oportet & sapienter
Ad negotium respiciens, hos non negligere deos.
Ego uerò ueniam accipiens in auxilium conscios.
Fortè aut præco aliquis aut legatus uenit.
Duxere uolentes liberatorum attrectaturos,
Sed nihil horum erit. ne trematis nunc.

Tamen

Tamen melius erit si submisse loquamur.
Subsidium hoc latere tandem haudquaquam potest.
Audacia, tempore, & propria die.
Deos spernens aliquis mortalium dabit pœnas.
Pu. *Pater uereor naues celeres.*
Veniunt, nullum est spacium in medio temporis.
Timor terrens me detinet uerè.
Quid mihi prodest longa fuga?
Præterit pater terriculo.
Da. *Posq; quã perfectũ est ò natæ Argiuorũ suffragiũ,*
Audacia pugnabunt, pro te noui ipse.
Pu. *Perniciosum est ignauum Aegypti genus.*
Pugnæq; *insatiabile & loquor ad scientem.*
Hasta compactas nigroculorum habentes,
Naues naugarunt sic celeri ira,
Vrbe cum nigro exercitu.
Da. *Multos inuenient in mediterraneo.*
Fouet brachium bene fortiter.
Pu. *Solam ne relinque me, supplico pater.*
Mulier relicta nihil est, neq; inest Mars.
Deceptores, & fallaces
Impuri corui tanquam aras
Nihil curantes.
Da. *Nobis pulchrè confirunt hæc ô natæ,*
Si tibi & dijs auersetur.
Pu. *Non enim tridentes & cultus deorum*
Veriti, à nostris manibus abstinebunt pater.

Superbi uerò profano robore
Stolidi & impudentes existentes.
Da. *Sed fama est lupos meliores canibus*
Esse, bibliq; fructus non superat spicam.
Pu. *Et tanquam stultarum profanarum bestiarum*
Habentium iras, oportet caucre robur.
Da. *Non tam celer est classis nautici exercitus,*
Neq; impetus, neq; persuasionis salus est
In terram ferre, neq; in anchoræ morsu
Confidunt nauium gubernatores statim.
Sed tanquam uenientes in tempestuosam terram,
Noctu sole demerso, amat
Dolores párere gubernatori sapienti,
Sic fiat, neq; expeditio exercitus
Pulchra, priusquam impetu nauis feratur. tu uerò
Sapias, tanquam timens, ne negligas deos,
Agens remedium. nuncium uerò non accusct
Vrbs senem pubescentem benedicens mente.
Cho. *O terra, cultus iustus.*
Quid patiemur? quò fugiemus ab Apia
Terra, si nigram latebram habet.
Niger fiam fumus nubibus, appropinquans Ioui.
Omnino non apparens. uolans uerò tanquam
Puluis sine alis peream.
Insuperabile non amplius mihi est cor.
Niger color quatit meum cor.
Patris labore uerò magis perco metu.

Vel-

Vellem fatalem laqueum assequi in funibus,
Priusquam tangerem uirum detestandum manibus.
In conspectu moriens bello regnaret.
Vnde mihi solium æthereum sit.
Ad quod nubes humida fiat nix
Ardua, alta immonstranda, desolata, deserta
Gypias petra, profundum
Casum testificans mihi,
Priusquam hostis
Assequatur cor nuptijs.
Canubus deinde, patrijs
Auibus cœnam non renuo esse.
Morte liberatur quis ò amice à malis.
Veniat,
Veniat mors ad cubilia
Hymen assequens.
Aliquem pro ipsa exitum
Inuenit, matrimonijq; expiationes.
Clama uocem cœlestem,
Carmina deprecatoria dijs, &
Perfecta mihi, quomodo
Existentia mihi
Solubilia & bellicosa uide pater, uim si amas uidere
oculis iustis.
Honora supplices tuas
Terræ concussor præpotens Iupiter.
Genus enim Aegyptium contumelia

Intolerabilia uirorum genus
Me curſibus perſequens,
Exulent ſtultis & tumultuoſis.
Vi quærunt accipere
Tuum omnino iugum,
Miſerrima. quid uerò ſine te mortalibus eſt perfectũ?
Heu heu
Apprehenſio
Nautica terreſtris
Horum apprehenſione laborans.
Rurſus duplicem clamorem uideo,
Video hæc præmia laborum
Violentorum meorum. heu heu,
Ito fuga ad auxilium,
Rigidum uoluptate
Intolerandum naui & terræ.
Rex ordina. uenite, uenite in nauim.
Igitur igitur
Euulſiones euulſiones
Et cicatrices, cruenta cædes,
Inciſiones, robore.
Venite, uenite, perditæ perimus in nauim.
Minerua, in ſalſuginoſum uadum,
Cum fatidica contumelia.
Fixáq; haſta omnino,
Colloco te in cruentam nauim,
Iubeo ui participare.

Re-

Relinque statuas, ad hastam ito
Ne fortè uideat rursus
Aqua animanti para.
Inde accipiens, uitalis sanguis mortalibus pubescit.
Sancta ego admodum generosa incremento.
Tu uerò naui gressu celeri,
Perfectus imperfectus ui, ui & multa uana
Euntes gressu malorum,
Pernicioſis astutijs, heu heu.
Et uersutè pereas
Iuxta Sarpedonium aggerem,
In latis auris.
Clama & resona & uota deos.
Aegyptiacam nauim non transportet.
Clama, boa acerbius Achæis, ærumnosæ nomẽ habẽs.
Heu heu.
Detrimentum ante terram exultat.
Prope exultas qui interrogas, magnus
Nilus te iniuria afficientem deterreat,
Perdita cõtumelia. Ca. iubeo in cõuersam nauim ire.
Cad. Terminum citissimè, neq; quis ocietur.
Extractio enim nulla capillum domabit.
Pue. Heu heu pater.
Arancæ tanquam gressum,
Somnium somnium nigrum.
O to tototi,
Mea terra, mea terra clamorum

Terriculum auerte.
Cad. O meæ terræ fili Iupiter.
Non sanè timeo dæmones qui ibi sunt.
Non enim me aluerunt,
Neq; ad senectutem perduxerunt alimento.
Pue. Mæ mæ prope serpens, uidelicet
Vipera uerò tanquam me.
Quid tandem, unum, molestia afficiens. &
O to tote,
Mea terra, mea terra clamorum terrorem auerte.
O terræ fili Iupiter.
Cad. Nisi quis in nauim proficiscitur probans hæc.
Lacera uestis opus non miseretur.
Pue. O duces urbis pronubæ superor.
Cad. Multos reges filios Aegypti citò
Videbitis, confidite. non dicet anarchiam.
Pue. Perijmus, patimur indigna.
Trahere uisus est nos cuellens comam.
Cad. Sequere. non audis meos sermones.
Rex. Ipse quid facis? ex quali consilio
Virorum Pelasgorum hanc terram inhonoras?
Sed aut in urbem mulierum uideris migrare.
Barbarus existens, Græcis admodum deliciaris,
Et multum peccans nihil direxisti mente.
Cad. Quid uerò peccatū est horum mihi sine causa?
Rex. Peregrinum illum esse primò non scio.
Cad. Quomodo non perdita inueniens ego?

Rex.

Rex. *Quibus dicens hospitibus patrijs.*
Cad. *Mercurio maximo hospiti quæsitori.*
Rex. *Dijs dixisti, at non colis deos.*
Cad. *Dæmones qui circum Nilum sunt colo.*
Rex. *Noui horum nihil ut ego contra te.*
Cad. *Ducerem uerò, si quis has non ferret.*
Rex. *Fleres, si tangeres neq; in longum.*
Cad. *Audiui uerbū non admodum hospitib. charū.*
Rex. *Non enim hospitor sacrilegos deorum.*
Cad. *Diceres hæc ueniens filijs Aegypti.*
Rex. *Acerbum hoc meo consilio.*
Cad. *Sed si uideris, dicam manifestius.*
Non decet caduceatorem manifestè loqui
Quæq;, quomodo dicam à quo auferens.
Venire mulierum patruelem classem.
Nequaquam iudicio contendet testificans
Mars, contentionem non in acceptione argenti
Soluit, sed multi præterea fiunt
Casus uirorum, & percußiones uitæ.
Rex. *Quid te dicere oportet, nomen tempore dices*
Fortè ipse, & comites tui.
Has uerò uolentes quidē secundū benеuolentiā mētis
Duces, si pius persuaserit sermo.
Talia popularis ex ciuitate
Suffragium perfecit, ne fortè ui traderet
Classem mulierum harum. fixus est manifestè
Clauus utrinq; ut maneret firmiter

Hæc uerò tabulis non sunt scripta,
Neq; in plicis librorum sigillata.
Manifesta audis ex libera
Lingua. recipe quàm citissimè ex oculis.
Cad. Scias hæc, iam bellum suscipies nouum.
Erit uerò uictoria & imperium penes uiros.
Inueniat non bibentes potum hordei.
Vos uerò omnes cum amicis assectatoribus
Audaciam accipientes, ite in munitam urbem,
Turrium profunda machina clausam,
Et multæ sunt domus publicæ.
Munitus sum & ego parua manu.
Læta res est, habitare ædes felices
Cum multis alijs: si uerò aliqua maior gratia
Adest, habitare consonantes domos.
Horum optimis quisq; & gratissimis
Licet abundare. præfectus uerò ego
Et omnes ciues quorum causa hoc perficitur
Suffragium. quid potiora his expectas?
Cho. Sed pro bonis, bonis abundes diue Pelasgorũ.
Mittito uerò promptus huc nostrum
Patrem confidentem Danaũ prouidentiã adhibentes
Et consilij principem. nam hinc priores
Nullum oportet ædes adhabitare.
Et locus lætus, quis dicet (ptima sunt.
Conuicia in peregrinos, fortunatus erit. hæc uerò o-
Ordinamini, charæ famulæ sic,

Quem-

Quemadmodum pro quaq; sortitus est
Danaus seruienti propter dotem.
Da. o filiæ, Argiuos orare opus est.
Sacrificare illis, fundereq; tanquam dijs Olympijs
Libamina, postq̃ seruatores nõ duplici momẽto sunt.
Et mea quidem opera ad intentos
Amicos acerbè audiuisti patrueles.
Meos uerò assectatores hos bellicosos
Ordinarunt, ut haberem donum honoratum,
Et neq; insperatè hasta sæua moriens
Laterem, regioni uerò uiuens semper pondus esset.
Hæc assecuti penitus mentis
Gratiam colent me digniorem.
Hæ quidem inscribite ad inscriptos,
Multis alijs consilijs patris.
Ignoratis ut reprehenditur conuersatio tempore.
Omnis uerò in colonum linguam felicem fertur
Malam. hoc inquinatè dicere, facile.
Vos uerò iubeo ne uereamini me,
Occasionem habentes hanc conuersam mortalibus.
Tenera mala non facilè seruantur.
Feræ moriuntur & homines quid ipsum,
Et bestiæ uolucres, & gradientes.
Oblationes stillantes edicet Venus.
Et prædam impedientem ut maneat amor,
Et in delicijs uirginum pulchris
Omnis præterieris blandam oculis

Iaculationem misit, uincens desiderium.
Ad hæc ne patiamur ubi multus est labor,
Multus uerò pontus possessus est hasta.
Neq; turpitudinem nobis uoluptatem inimicis meis
Faciamus. habitatio uerò dupliciter adest,
Hanc quidem Pelasgus, illam uerò ciuitas det
Inhabitare sine seruis. hæc facilia sunt.
Tantum ut custodias mandata patris,
Plus honorans sapientiam ipsa uita.
Pu. In alijs fortunatæ erimus à dijs Olympijs.
Meæ pulchritudinis causa confide pater.
Nisi aliquid noui consultum sit à dijs.
Vestigium prius mentis non inuertam.
Cho. Ite tamen ad reges
Deos longinquos illustres patronos,
Et qui aggerem Eresim antiquum habitatis
Suscipite assectatores.
Robur. Laus urbem Pelasgorum
Habeat neq; Nili
Libamina colimus hymnis,
Fluuiosq;, qui per regionem
Quietum potum fundunt multi nati,
Pinguibus effusionibus terræ.
Hoc mellitum facientes solum.
Postquam Diana casta
Classem misertæ est, neq; præ necessitate
Nuptiæ Venient ueneris.

Odio-

Odiosum est hoc præmium.
Veneris lex hæc non negligit læta.
Potest enim propinquissimè Iouis cum Iunone.
Vlciscitur uerò uarius Deus in operibus grauibus.
Participes matris amicæ adsunt.
Amor nullus negandus est spectata
Persuasione, datum est fatum
Veneris Harmonia.
Susurrum terite amorum.
Bella sanguinolenta timeo.
Bonam nauigationem fecerunt tandem
Celeribus persecutionibus.
Sem. Certè fatum est, fiat hoc.
Iouis non transgressa est mens
Infinita cum multis nuptijs. is finis
Ad priorem mulierum erit.
Sem. O magne Iupiter libera
Me à nuptijs Aegyptogenis.
Sem. Hoc quidem optimũ erit, tu uelles quod nõ uis.
Sem. Tu non nosti fatum.
Sem. Quid debeo diuinam mentem
Videre, immensam uisionem?
Modicum sermonem nunc opta.
Sem. Quam occasionem me docebis?
Sem. Quæ deorum sunt non ægre ferre.
Sem. Iupiter rex auferat
Matrimonium malum hostile,

Qui Iûs
Dolores soluit Pæonia manu obtinens,
Propitia ut cõdens, & robur distribuens mulieribus.
Sem. Præstantius malo, & diuisionem probo.
Et causa causæ, sequ cum precibus meis,
Solutorijs machinis à Deo.

IN PROMETHEVM VINctum Scholia.

VM doctissimorum uirorum libri, pro diuersa materia diuersas sint fortiti inscriptiones, hoc tamen potissimum tragicis poetis accidit, ut ex personis patientibus plerunq; suas fabulis nominauerint. huius rei in hac fabula exemplum profert Aeschylus, quemadmodum Sophocles in Philoctete, Aiace, multaq; talia in Euripide etiam uidere licet. Hanc tragœdiam imperfectam esse cùm ex uersibus, qui passim apud Græcos autores leguntur, deprehenditur: tum etiam ex Tusculanis Ciceronis quæstionibus, ubi multi uersus translati ex hac Tragœdia qui in Græco non sunt, reperiuntur, facile conijcitur. Confusæ etiam sunt fabulæ personæ. nam quid negocij est terræ, aut Herculi in hac tragœdia, cum nec loquantur, neq; eorum ulla mentio fiat: nisi cum Prometheus matrem suam terram uocari affirmat. Herculis uerò personam ex tragœdia quæ προμηθεὺς λυόμενος inscribitur, in hanc translatã esse arbi-

arbitror. nam ibi Prometheus ipsum Herculem alloquitur, multaq; illi prædicit. unum huius rei exemplum afferam:

ἥξεις δ', inquit, λιγύων εἰς ἀταρβητον στρατὸν,
ἔνθ' οὐ μάχης σὺ οἶδα καὶ θοῦρος πορ ὢν
μέμψει. πέπρωται γάρ σε καὶ βέλη λιπεῖν.

Hæc sunt Promethei uerba ad Herculem facta. Iam unde dicatur Prometheus, et quid significet, quid uerò sibi uelit hæc fabula exponere conabor, antequã uerba autoris aggrediar. Eustathius Homeri interpres, qui in etymologia uocabulorum Græcorum nulli suæ gentis est inferior, duas Promethei nobis tradit potißimum deriuationes: primam ἀπὸ τοῦ πρὸ & μήδω, mutato δ in θ. Secundam ἐκ τοῦ μῶ ἤτοι ζηλῶ fit μηθω. unde μηθσύς, addito πρὸ fit προμηθσύς. Posset tamen quis dubitare an hoc uerbum esset græcum, nã apud Berosum aliquoties inuenitur, ita ut poßit fieri quòd sit nomen Chaldæum. Iam si accipiamus primã significationem quam tradit Eusthatius, uidebimus Prometheũ nihil aliud significare et denotare quàm hominem prouidentiæ & consilij plenum, qui antequam aliquid aggrediatur, diu consultat. Quòd uerò ad fabulam attinet & eius explicationem, Phurnutus (quem uulgò Cornutum uocant) poterit nobis esse auxilio. nam quid antiqui uoluerint per Prometheũ, dextrè explicat. ὑπονοητέον, inquit, προμηθέα ἐν τῇ τῶν ὅλων ψυχῇ κυρίαν, κὰν ἐκάλεσαν οἱ νεώτεροι

πρό-

πρόνοιαν. κατὰ γὰρ ταύτην τά γ' ἄλλα ἐγένετο, καὶ ἐκ τῆς γῆς ἔφυσαν οἱ ἄνθρωποι. Paulopòst explicat quæ ad ignem subductum, & corrosionem iecoris pertinent his ferè uerbis: Καὶ κλέψαι ἢ φασὶν αὐτὸν τὸ πῦρ τοῖς ἀνθρώποις ὡς τῆς ἡμετέρας ἤδη συνέσεως, καὶ προνοίας ἐπινοησάσης τὴν χρῆσιν τοῦ πυρὸς. δεθεὶς δ' ἐπὶ τούτῳ ὁ προμηθεὺς ἐκολάσθη, τοῦ ἥπατος αὐτοῦ ὑπὸ ἀετοῦ καταβιβρωσκομένου. ἡ γὰρ ἡμετέρα ἐντρέχεια, τὸ προειρημένον πλεονέκτημα σὺν τοῖς ἄλλοις ἔχουσα, πείραταί τινος παρ' ἑαυτὴν δυσχρηστίας, προσδεδεμένη ταῖς κατὰ τὸν βίον φροντίσιν ὀδυνηραῖς οὔσαις, καὶ ὥσπερ εἰς τὰ σπλάγχνα ἐκ λεπτομερυπνοίας ἐκβιβρωσκομένη. Hactenus Phurnutus. Diodorus tamē Siculus hæc tā quam rem gestam & ueram tradit. Quo tempore, inquit ille, Dionysius qui est Osiris dictus peragrabat orbem, ferunt Nilum circum Sirij canis exortum (tunc enim maximè crescere consueuit) maiorem Aegypti partem, & eam maximè cui Prometheus imperabat, inundasse. Assumptis enim ferè omnibus eius regionis incolis, Prometheum dolore motum se interficere uoluisse. Fluuium uerò propter cursus uelocitatem profunditatemq; aquarum, Aquilam tunc appellatum. Herculem tamen consilij magnitudine tum uirtute uolunt compreßisse euestigio aquarum impetum, & ad priorem cursum conuertisse. unde & Græci quidam poetæ rem gestam in fabulam uertentes, Herculem

tra-

tradunt aquilam Promethei iecur depascentem occidisse. Hæc Siculus, ubi ostendit hæc uera fuisse. Paulo aliter de hac re loquitur Seruius: sed breuitatis causa uerba illius omitto. Natum uerò Prometheum Iapeto & Clymene, Hesiodus ait his uersibus:

κούρην δ' ἰαπετὸς καλλίσφυρον ὠκεανίνην
ἠγάγετο κλυμένην, καὶ ὁμὸν λέχος εἰσανέβαινεν,
ἥ δ' οἱ ἄτλαντα καρτερόφρονα γείνατο παῖδα.
τίκτε δ' ὑπερκύδαντα μενοίλιον, ἠῇ προμηθέα
ποικίλον.

Qamuis Varro dicat matrē eius fuisse Asiam. Quod etiam confirmat Lycophron, ut ex uerbis Tzetzæ intelligere licet supra hos uersus:

τί γὰρ ταλαίνῃ μητρὶ τοῦ προμηθέως
ξυνὸν πέφυκε, καὶ τροφῷ σαρπηδόνος.

Ασίας καὶ ἰαπετοῦ προμηθεὺς καὶ ἐπιμηθεὺς, οὗ προμηθέως, καὶ ἡσιόνης, ἢ ἀξιοθέας παῖς δευκαλίων. ἀπὸ γοῦν ταύτης τῆς προμηθέως μητρὸς ἀσίας, ὁ λυκόφρων λέγει τὴν χώραν καλεῖσθαι. *Hæc Tzetza. Prometheus ipse in hac tragœdia dicit matrem suam uocari* θέμιν καὶ γαῖαν. *Iam uerba authoris aggrediamur.*

χθονὸς μὲν.) *Tribus potißimum de causis est Prometheus Caucaso affixus, quantum ex uerbis Mercurij in Caucaso Luciani deprehenditur. Ibi conqueritur Prometheus se iniusta à Ioue pati, cum nihil mali patrauerit, cui his ferè uerbis respondet Mercurius:*

ὀδεὸν

οὐδὲν δεινὸν εἰργάσω ὦ προμηθεῦ, ὃς πρῶτα μὲν τὴν νομὴν τῶν κρεῶν ἐγχειρισθεὶς, οὕτως ἄδικον ἐποιήσω, καὶ ἀπατηλὴν, ὡς αὐτῷ μὲν τὰ κάλλιστα ὑπεξελέσθαι, τὸν δὲ δία παραλογίσασθαι, ὀστᾶ καλύψας ἀργέτι δημῷ, μέμνημαι ἡσιόδου νὴ δία οὕτως εἰπόντος, ἔπειτα διὰ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπρασας, πανουργότατα ζῶα, καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας, ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ τιμιώτατον κτῆμα τῶν θεῶν τὸ πῦρ κλέψας, καὶ τοῦτο ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις. Hæc sunt uerba Mercurij, quib. intelligere licet causas ob quas Prometheus supplicijs afficitur.

σκύθην ἐς οἶμον.] Notandum primò est, poetam σκύθην ἀντὶ σκυθικὴν dixisse: deinde aut quod propter Scythas qui montem illum incoluerunt Scythicam dixerit, aut propter loci ruditatem.

Hominum conditorem.] quem autor λεωργὸν uocat, ipse hominum conditorem transtuli. nam hoc mihi uidentur uelle illæ duæ dictiones λεὼς et ἔργον, quod ab ἐργάζομαι deducitur. posset etiam intelligi tanquam ipse Prometheus hominibus opera uel consilia deorum attulerit.

ἄνθος.] Quid ἄνθος significet, facilè intelligitur. sed hoc loco si quis florem transferat, uidebitur non explicare sensum autoris. ego præmium transtuli. nam ignis Vulcani præmium fuit. poniturq; Vulcanus pro igne per metonymiã. ut illud: ἥφαιστος ἴδης λαμπρὸν ἐκπέμπων σέλας. & illud, Quò ambulas tu q Vulcanum

num in cornu clausum geris. sed cur ignis illi attribuatur, reddit causam Siculus. Quidã sacerdotes, inquit, affirmant primũ regnasse Vulcanum, inuentorem ignis, eoq; beneficio ducem ab Aegyptijs constitutum. Cum enim arbor ictu fulminis in montibus conflagrasset, ligna propinqua hyberno tempore sunt cõprehẽsa. quã ex re Vulcanũ lætatũ, deficiẽte igne addidisse illi nouã materiã: & eo modo continuato igne, alios homines cõuocasse ad eius aspectũ, tanq; à se reperti.

πανυτέχνης omnifici.] Quomodo cõponatur hoc uocabulum, facilè intelligitur. sed si quis uelit latinè uertere, longa circuitione opus erit. nam ideo felices Græci lingua fuerunt, ut uix, ac ne uix quidem, ab alia natione, siue compositiones species siue translationes, adæquati fuerint, nedum superati. igitur coactus fui sæpe partem unam compositionis uocabulo propinquo mutare, aliquando relinquere. Omnificũ transtuli nam per ignem subductũ ætheria domo. omnes hominũ artes, & scientiæ inuentæ sunt, quod denotant hæc duo uocabula· πασῶν καὶ τέχνη.

λῃστὴς βίκτε.) Sciendum est, autorẽ nostrũ nõ idem sentire de ministris, quibus tradidit Iupiter Prometheum ut defigeretur Caucaso, cum Luciano: nam ille Vulcano robori & ui traditum fuisse, is uerò Vulcano & Mercurio dicit.

χαλκεύματα.] Venit uerò hoc nomen à nomine χαλκὸς. & quia catenæ sæpe fiunt ex ære & ferro,

cate-

catenas pro χαλκεύματα transtuli.

χροιᾶς ἀμείψας ἄνθος.) Quàm diuersis significationib. utatur hoc nomine ἄνθος, quemadmodũ et alijs multis quæ apud alios autores uix puto reperiri, ostendemus in sequentibus. nam hic uidetur intelligere pulchritudinem. paulo antè pro munere & præmio, deinde pro strenua gente posuit.

Temeritatis plenus.) Quidam θράσους, quidam etiam θάρσους legunt. quare cum sensus utriusq; conueniat, cuiq; erit quod magis arridebit accipere. et quia extant hodie satis multa exemplaria, nulli astricti fuimus sed quæ uidebantur correctiora secuti sumus.

ἄκος γὰρ οὐδὲν.) Remedium enim nullum ad uerbũ est, pro quib. uocabulis, Nihil prodest, posui, quod ad sententiam magis quadrat.

οὔκουν ἐπείξῃ.) οὐκοῦν, et non οὔκουν legendũ puto, ut denotet κατάφασιν potius quàm ἀπόφασιν.

ψευδωνύμως.) Exprobat κράτος Promotheo uim significationis nominis. nam cum sit προμηθεὺς uocatus, debebat prouidere ut euitaret fortunam. Hanc igitur dicit deos illum falso nomine appellare.

γέλασμα.) Impropriè hoc nomine usus est pro κῦμα. sed quia suprà dixerat κυμάτων, noluit tã sæpe idem uocabulum repetere. à similitudine igitur ridentium qui magnum strepitum mouent, dixit γέλασμα, pro fluctu.

πρὸς θεῶν.) Non accipiendum est tanquam iurantis,

tis, sed tanquam motum habens à persona.

καίτοι τί φημι.) Redit ad se Prometheus, & mirátur se talia dixisse, cum sciat quæ uentura illi sint. utiturq; illa figura quam Græci ἐρώτημα uocant.

τὸ τῆς ἀνάγκης.) Talem ferè sententiã refert Láertius ex dictis Thaletis, ἰσχυρότατον, inquit, ἀνάγκη, κρατεῖ γὰρ πάντων.

Ob magnũ amorẽ mortaliũ.] Causam hic refert Prometheus, qua has pœnas pendit. nam cum Iupiter magno odio prosequeretur homines, uoluit illos interficere, ac in orcum mittere. horum uerò Prometheus patrocinium suscipiens, effecit ut uiuerent: sed hæc sola non est, ut antea diximus.

φιλία γὰρ ἠδὲ τάξις.) Consolatur Chorus Prometheum, non solum consanguineum se illi ostendens, sed etiam amicitiam, quæ inter cognatos esse debet, declarans. Obseruandum est etiam προσέβα ἀντὶ προσέβη δωρικῶς dictum. sed dialectos in præsentia persequi, non est nostri instituti. satis erit si aliquo modo fabulas explicauerimus.

νέοι γὰρ οἰακονόμοι.) Hæc dicit Chorus propter Iouẽ, qui exacto patre Saturno regio solio, imperabat, pro sua libidine. ubi obseruandum est οἰακονόμον dictum metaphoricè. nam quemadmodum gubernator uertit nauim quò illi libitũ fuerit, sic Iupiter quæcunq; uoluit, ac illi placuit fecit.

πελώρια.] Siue iura Saturni, siue Titanum, qui

ante Iouem imperarũt, fuerunt. nam πέλωρος ingẽtem & portentosum significat. unde Titanes ob immensam corporis molem πελώρια, & eorum statuta eodem nomine appellata sunt.

ἦ μὴν ἔτ' ἐμοῦ.) Constitutum erat in fatis, Thetim parituram filiũ longè præstantiorem patre. quod & Proteus ipsi Thetidi prædixerat.

Concipeninquit) mater eris iuuenis, qui fortib. armis
Acta patris uincet, maiorq́; uocabitur illo.

Iupiter cum, quæ sibi futura essent, ignoraret, uoluit cum ea coire, eamq́; ad Caucasum montem usq; persecutus est. Illic persuadet ei Prometheus, ne cum ipsa rem habeat. Hac de causa dicit, Si mea adhuc opera indiguerit.

οἶδα ὅτι θραχὺς.) θραχὺς omnes legunt, sed puto potius θρασὺς, aut τραχὺς legendum. quamuis hæc leuiora sunt, quàm ut annotari mereantur.

ὡς οὐ κατ' ἰσχὺν.) Hæc dicit propter Iouem, quem non robore, sed fraude Titanibus præstare affirmat.

ὅδ' οὖν ἐρωτᾶτε.) Absoluta narratione belli deorum & Titanum, persequitur causam qua hoc modo miserè affligatur.

θνητοὺς ἔπαυσα.) Primò cum haberent homines mortem ante oculos, non poterant induci ut laborarent. sed semper tristes & mœsti ob mortis terrorem ociabantur. cum igitur hoc uideret Prometheus, illis cognitionem hanc abstulit, speq́; uiuendi cæca ipsos fouens.

ἐλα-

ἐλαφρὸν.) Hanc sententiã uidetur Terentius, etsi alijs uerbis, expressisse: Facile, inquit, cũ ualemus, consilium ægrotis damus.

γνώμη τομίων.) γνώμη legendum puto, ut dativus, nõ nominativus sit. alioq; sententia nõ constaret.

ἐπώνυμόν τε ῥεύμα.) Denominatum ab eo dicit esse mare Oceanum. ubi etiam synecdoche consideranda est. nam fluentum pro ipso mari posuit. sed de figuris aliàs.

σιδηροφόρα.) Scythiam ferriparam uocat. Nã pars quæ circum Thermodonta est, quam Chalybes incoluerunt, ferro abundat. unde illud apud Vergilum Georgicorum primo:

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.
At Chalybes nudi ferrum, uirosaq; pontus
Castorea, Eliadum palmas Epeiros equarum.

ἀρχαῖ' ἴσως.] Antiqua dicit pro stultis, aut nugis. nam quæ tradiderunt antiqui, ferè sunt plena mendacijs, exceptis sacris scriptis, ut mouerentur posteriores admiratione quadam ad consequendam uirtutem. uel dicit antiqua, propterea quòd homines senio confecti sæpe soleant delirare.

γλώσσῃ ματαίᾳ.) Aliter paulo legit hoc carmen Stobæus. Nam ubi in exemplaribus προσγίνεται passim legitur, ipse προσφέρεται legit. quod uidetur aliquanto melius conuenire.

ἄτλαντος.) Hunc fratrem Promethei fuisse, ostendimus

dimus paulo antè. Finxerũt poetæ illũ ferre supra humeros totam machinã cœlestem ob peritiam astrologiæ, uel ob sphæræ inuentionem, ut Diodorus ait. alij ob immensam corporis molem postquam in altißimum montem conuersus est, dicunt eum cœlum sustinere. de hac re satis Ouid. lib. 4. Metamorph. Hunc inter nepotes Iani uel Nohachi (diuersis nominibus Attali & Itali) collocant, ita ut fieri poßit, quòd nõ sit natus in Hesperijs locis: nam etiam alicubi Pindarus affirmat illum reliquisse patriam:

καὶ μὰν κεῖνος ἄτλας οὐρανῷ
προσπαλαίνει, νεῦγε πατρώ-
ας ἀπὸ γᾶς, ἀπότε κτεάνων.

κιλικίων.) Quamuis hoc uocabulum transtulerim, me tamen non fugit nomen esse propriũ deductũ à Cilicia, quæ regio est minoris Asiæ: nam sciendum est autorem nostrum unà cum suo coætaneo Pindaro constituisse sub monte Aetna Typhona, & in antris Ciliciæ eum habitasse asserere: autor in Cilicia ut hoc loco, sub Aetna, ut paulopost ostendemus. uerba etiam Pindari addere non abs re esse puto:

ἀλλὰ ὦ κρόνου παῖ, ὃς αἴτναν ἔχεις
ἵπου κνεμόεσσαν ἑκατον
κεφάλα τυφῶνος ὀβρίμου. Et postea:
θεῶν πολέμιος
τυφὼς ἑκατοντακάρανος, τόν ποτε
κιλίκιον θρέψεν πολυώνυμον ἄντρον.

τυφῶ

τυφῶνα θοῦρον.] Incipit narrare bellum Iouis & Titanum. quod bellum non minus quàm Troianum durauit. nec fuit contentio de paupere regno, quemadmodum inter Eteoclem, & Polynicem, sed de ipso cœlo: nec potuit absolui, priusquam Iupiter sibi unoculos Cyclopas, (fulmen, tonitru, & alios tales ministros, quibus cruentus ille deus utitur) aduocaret· εἵλε το δ' ὅπλα βροντήν τε στεροπήν τε καὶ αἰθαλόεντα κεραυνὸν. Sed absoluta pugna illa, Iouem Typhoeus adortus est, sed tandem conditus Inarimes æterna est mole Typhœus. Ex hoc ferunt ferè omnes uentos suam habere originem. ἐκ δὲ τυφώεος ἐστ' ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων νόσφι νότου, βορέωτε, καὶ ἀργεστέω ζεφύροιο.

ἄγρυπνον βέλος.] Metonymicè hoc dictum est, quia reddit homines uigilantes & diligentes.

ποταμοὶ πυρός.] Hoc dicit propter Aetnam, quæ emittit flammam.

παρθένοι μάχας ἄτρεστοι.] Amazonas intelligit quæ circa Thermodontem habitarunt. de quibus paulopòst dicemus.

μήτι χλιδῇ.) Tacent enim personæ apud poetas aut propter contumaciam, ut Achylles in Phrygibus Sophoclis: aut propter calamitatem, ut Niobe apud Aeschylum. hac de causa dicit Prometheus ad Chorũ, ne putetis me tacere aut mollitie, aut cõtumacia.

πᾶσαι τέχναι.) Postquam narrauit Choro omnes

artes & disciplinas, quas ipse docuit homines, tandem colligit omnia hæc homines à se habere. Finxerunt enim Græci Prometheum inuentorem esse omnium artium. sed si rectè consideramus, hæc omnia à Deo primo homini fuerunt data.

τὸν ᾖ γὰρ σώσων.) *Cum enim, inquit Prometheus, indicauero illi ut abstineat à Thetide, libertatem consequar. quod etiam testatur Lucianus, Pro his, inquit, Mercurius te soluat.*

διὸς ἁρμονίαν.] *Harmoniam* ἀντὶ πεπρωμένης ἢ εἱμαρμένης εἶπεν.

μυριωπὸν.) *Centoculũ uerti: aliter Ouidius duobus uocabulis, Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.*

καὶ κασιγνήταις πατρός.) *Sorores uocat Prometheus Oceanitidas nymphas Inachi. nam finxerũt poetæ omnes fluuios filios esse Oceani, propterea quòd omnes aquæ inde manent.*

διαφθορὰν μορφῆς.] *Mutata erat in bouem. ideo primam formam amiserat.*

καὶ μὴ θέλει.) *Aliter paulo hæc narrat Ouidius.*

Viderat, inquit, à patrio redeuntem Iuppiter illam
Flumine, & ô uirgo Ioue digna, tuoq; beatum
Nescio quem factura toro, pete, dixerat, umbras.

διὸς χάλινος.) *Pro consilio & uoluntate hoc loco accipitur à similitudine fræni, quo equũ quò uolumus ducimus. sic etiã homines Iouis cõsilio et uoluntate reguntur.*

λέρ-

λέρνης.) Est autem Lerna lacus in Peloponneso non procul ab Inacho fluuio.

ἀπροδόκητος.) Nam à Mercurio falsus est. nõ sperabat enim hoc modo mori.

οἰστρόπληξ.] Hunc locum explicat Ouidius quàm optimè:

Protinus exarsit, nec tempora distulit iræ,
Horrificamq; oculis animoq; obiecit Erinnyn
Pellicis Argolicæ, stimulosq; in pectore cæcos
Condidit, & profugam per totum terruit orbem.

ἰνάχειον σπέρμα.) Periphrasis est pro Io.

ἠλίου πρὸς ἀνατολὰς.) Locus iste satis obscurus uidetur. nam à Caucaso monte uersus columnas Herculis si quis proficiscatur, non ad ortũ, sed potius ad occasum solis tendit. aut oportet igitur Prometheum alibi, ut quidam affirmant, uictum fuisse, aut autorem alio modo ortum solis accipere, quàm faciant Geographi. Prometheum uerò affixum esse ad Caucasum, tam multi affirmãt, ut uix negari poßit. hoc in primis testatur Cicero lib. 2. Tusculanarum quæstionum. hoc etiam Apollonius in fine secundi libri Argonauticorũ asserit: quod eius interpres confirmat. illud ipsum Pausanias, Lucianus, Seruius, & alij multi.

σκύθας νομάδας.) Campestres uertit Horatius, et ferè hunc locum explicat:

Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra uagas trahunt domos.

De Scythis & eorum regione multa extant apud antiquos geographos, multa etiam apud historicos, sed pleraq; fabulosa

ὑβριστὴν ποταμὸν ὃ ψευδώνυμον.) Araxem intelligit. ὑβριστὴν dicit ob rapiditatem, quamuis aliquibus in locis tam mire debili lenitate fertur, ita ut oculis in utram partem fluat, iudicari sæpe non possit, autore Mela. ψευδώνυμον dicit, propterea quòd ab ἀπὸ τῆς ἀφάσεως deducatur, ut quidam uolunt.

αὐτὸν μαύναρον.) Aliquis mirari meritò posset, quod dixerit, Priusquam ad Caucasum ueneris, cum iam esset in Caucaso: sed partem solummodo oppositam intelligit, illud per synecdochē totum pro parte.

αὐθ' ἁμαζόνων.) Has hoc nomine à Græcis appellatas, eo q; mammis careant, ait Siculus. Eustathius tamen dicit Amazonas dictas, quòd uncam habeant mammam. uerba illius subijcio, ἀμαζὼν ἤτοι μονόμαστος, τὸ ἓν στοιχεῖον αὐτὴ μονάδος πολλάκις λογίζεται. ualidissimæ quondam fuerunt in Aphrica. belliq; contra Gorgonidas, quas postea Perseus uicit, gesserunt. Tandem in Asiam circa Mæotidem paludem migrarunt. Sed de istis mulieribus plura uide apud Herodotum in Melpomene apud Orosium, Siculum, Stephanum, Iustinum, & Pausaniam. plura de his etiam in Eumenidibus dicemus.

τῶν σῶν ἐπιγόνων.) Herculem intelligit, quamuis Lucianus ad Mercurium hæc referat.

φύ-

φορκίδες.] Gorgones fuerunt, quæ uictæ ab Amazonibus diu latuerunt in syluis. uide de his Siculũ lib. 4. & Ouidium.

ζηνὸς κύνας.] Harpyias intelligit, quantum coniectare possum. nam sic eas uocat alicubi Apollonius: ὀθέμις, inquit, ὦ ἡεῖς βορέου ξιφέεσσιν ἐλάσσαι ἁρπύας, μεγάλοιο διὸς κύνας, ὅρκια δ' αὐτὴ δώσω ἐγὼν, ὡς οὔ οἱ ἔτοι κρίμψουσι ἰοῦσαι.

πλούτωνος.) Flumen est in finibus Aethiopiæ, ut quidam affirmant.

κελαινόν.) Aethiopas intelligit.

τρίγωνον.) Illam partem intelligit quam multi alij Deltam à forma literæ deltæ uocarunt. uide hac de re si lubet Strabonem libro 7. Plinium 5. & Platonem in Timæo, item Siculum, & Herodotum.

κτίσαι.) coluerunt illam Aegyptij. filius deinde eius atq; nepotes usq; ad Aegyptum Danai fratrem ibi dominati sunt.

δρύες.) Quercus uocat monstra, propterea ut arbitror, quòd redderent oracula: quod alicubi me legisse certò scio, etsi autoris nomen non occurrat. Animaduertendum etiam est, Ouidium hanc fabulam non modò recensere de matrimonio Iûs, sed dicit illam fugisse Iouem.

γέννα πεντηκοντάπαις.] Periphrasis pro Danao, qui propter matrimonium nepotum & filiarum fugit Argos. Sed de his in Danais loquemur.

Κάδμου πολίται.] Periphrasis pro Thebanis. fuit enim Cadmus conditor Thebarum.

εἰ σὺ πράξαιμεν.] Ostendit hic Eteocles sine nutu & auxilio Dei ciuitatem non posse gubernari rectè. quare dicit: Si bene nobiscum agitur, causa ad deos referenda est: sin malè, ad ipsos gubernatores. Talem fere habet sententiam Pindarus, cum dicit quemuis posse conturbare urbem, sed sine Deo non posse gubernari bene.

ῥᾴδιον, inquit, μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι καὶ φυρετοῖσιν, ἀλλ' ἐπὶ χώρας αὖθις ἔσται, δυσκαλές δὴ γίνεται, ἐξαπίνας, εἰ μὴ θεὸς ἀγαμόνεσσι λυσῇ νατὴρ γένηται.

πυρὸς λίχα.) Videtur dictum hoc esse, quod augures non utebantur in suis uaticinijs igne, quemadmodum multi alij.

ἄνδρες ἑπτά.) Duces septem intelligit qui profecti sunt Thebas, ut restituerent in regnum Polynicē. Nomina eorum addam, ne postea in sequentib. oporteat ea sæpe repetere. Primus Adrastus rex Argiuorum, secundus Polynices, tertius Tydeus, quartus Capaneus, quintus Hippomedò, sextus Parthenopæus, septimus Amphiaraus.

φι-

φιλαίματον φόβον.) Robortellus φόνον legit. quod magis conuenit. nam cædes potius quàm metus cupit sanguinem.

μνημεῖά τε.) Cõsuetudo erat, ut illi qui proficiscebantur, in bellum consanguineis ante prælium mitterent signa aliquot & monimenta.

πρὸς ἁρμ' ἀδράστου.] Prædixerat enim Amphiaraus Adrastum solum domum reuersurum. hac de causa illi monumenta tradebant:

ὁ δ' ἡμαμὼν προτέρα πάντα νῦν ἀρείονος ἐ-
νώχεται ὄρνιχος ἀγγελία
ἄδραστος ἥρως, τὸ δ' οἰκο-
θεν ἀντία πράξει.
μοῦνος γὰρ ἐκ δαναῶν
ὄρατοῦ θανόντος ὀστέα λέξας
ἡδ' τύχα θεῶν ἀφίξεται
λεῷ σὺν ἀβλαβεῖ.

ταὶ γᾶν σαύ.) Erat autẽ locus ubi ædificatæ sunt Thebæ Martis. de quo paulopòst.

ἰχθυβολόλῳ μηχανᾷ.] Tridentem puto illum describere. erat hoc instrumentum quo ipse solet afflictos iuuare. quod si hoc non est, quid sibi uelit, nõ possum facile coniectare: quamuis mihi hoc satis conuenire uidetur.

λύπρις προμάτωρ.) Duxerat Cadmus Martis filiam & Veneris in uxorem. unde illud Ouidij:
Iam stabant Thebæ, poteras iam Cadme uideri

Exi-

Exilio felix, soceri tibi Marsq; Venusq; Contigerant.

ὄγκα.] porta fuit Thebis, de qua paulopòst.

μαύτιν οἰκλείδην.) Amphiaraum intelligit.

μελανίππος.] Statius Menalippum legit paßim.

ὄγκας ἀθάνας.) Ab hoc cognomine dictæ sunt portæ, de quibus suprà mentio facta est, Stephano teste. ὀγκαῖαι, inquit, πύλαι θηβῶν, ὄγκα γὰρ ἡ ἀθηνᾶ κατὰ φοίνικας.

ἀμφιέρεω βίαν.) Pro Amphiarao ponit, ut βίη πριάμου pro Priamo. obseruanda igitur est hæc phrasis: nam in sequentibus sæpe utitur. ἀμφιάρεω est genitiuus Atticus quartæ inflexionis. ἀνδροφόντην ab ἀνὴρ & φονέω componitur.

πιανῶ χθόνα.) Nouerat enim Amphiaraus, q; si iret Thebas, se nunquam reuersurum. hac de causa sæpe renuit, sed tandem circumuentus ab uxore quæ dono torquem aureum acceperat à Polynice coactus est eò proficisci, ubi occubuit. hac de causa dicit, πιανῶ ἔγωγε τήνδε γῆν. Tandem etiam uxor misera tales pœnas pependit, quales Clytæmnestra.

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλὰ εἶναι θέλει.) Tam egregia hæc sententia est, ut princeps philosophorum Plato eam bis aut ter repetere in secundo de Republica non sit dedignatus.

ὄλβος ἄγαν.) Dicit in hoc loco Aeschylus admodum felicem fuisse Oedipum: tamen contrarium affirmat

mat in Ranis apud Aristophanem, ubi contra Euripidem disserit,

Eu. ἦν οἰδίπους τὸ πρῶτον σὺ τυχὴς ἀνὴρ.

Aeschy. μὰ τὸν δί, ὃ δῆτ' ἀλλὰ κακοδαίμων φύσει
ὄντινά γε πρὶν μὲν ἢ φῦναι ἀπόλλων ἔφη
ἀποκτενεῖν τὸν πατέρα πρὶν καὶ γεγονέναι.
πῶς οὗτος ἦν τοπρῶτον σὺ τυχὴς ἀνὴρ;

ναύστολον θεωρίδα.) Locus iste, quantum mihi uidetur, satis obscurus est: sed si explicetur quid sit θεωρὶς, fortè fiet manifestior. Suidam igitur audiamus explicantem quid sit θεωρίς. θεωρὶς, inquit, πλοῖον ἀθλύνησιν ἐστὶν ἢ κατ' ἔτος εἰς δῆλον ἐπέμπετο, ἢ σὺ ξαμένου θησέως ὅτ' εἰς κρήτην ἀπῄει καθ' ἕκαστον ἔτος ἀθηναῖοι ἔπεμπον. uocat enim θεωρίδα cymbã Charontis. sed illa non est quæ proficiscebatur in Delum, propterea dicit, ἀστιβῆ ἀπόλλωνι.

IN PERSAS.

Ορσολεῖται.) Apud Hesychium legitur, ὀρσολοπεῖται.

σούσων.) Est nomen clarissimæ urbis Persidis, teste Stephano, qui à multitudine liliorum nomen hoc illi inditum asserit. uocant enim Persæ hoc nomine lilia.

λίσσινον ἔρκος.) aliquod oppidũ antiquũ prope Susa esse puto. nam Susianos quondam Cicios à matre Memnonis uocatos esse constat.

ἄνθος περσίδος.] Potest hoc melius Gallicè quàm

quàm latinè uerti, La fleur de Perse.

αὐτίπορον.) Europam intelligit, quæ in Bosporo Thracico parum distat ab Asia. hac de causa uicinam uocat.

ἀθαμαντίδος ἕλλης.) Hellespontum intelligit dictum à filia regis Thebanorum.

δύο γυναῖκε.) Europam & Asiam intelligit. propterea unam dicit Persico more, alteram Dorico ornatam fuisse.

ἅρμασι.) Voluit sibi subijcere Europam, quemadmodum Asiam: sed illa abhorrens à iugo, fregit currũ & iugum, ut in sequentibus apparebit.

καὶ ζυγὸν θραύει.] Innuit potestatem & copias Xerxis ab ipsis Græcis profligatas fuisse.

δαρεῖος.] Id est, cum memor esset Xerxes factorũ patris, tunc uisus est illi adesse.

δαρείου φθεῖραι στρατὸν.) De illa celebri pugna Marathonica loquitur autor, cui ipse interfuit. Darius enim subiugata Macedonia, Græciæ bellum intulit: sed ab Atheniensibus & Plataeensibus tandem uictus est. ubi Cynegyrus Aeschili fratrem insequendo naues Persarum, occubuit.

ὄνομα σαλαμῖνος κλύειν.) Odiosum fuit Persis nomen Salaminis audire propter ingentem cladem acceptam ab Atheniensibus duce Themistocle, in qua tam strenuè pugnauit Artemisia.

νῆσον αἴαντος.) Periphrasis est pro Salamine.

παλ-

παλλάδος πόλιν.) Athenas intelligit. nã illa urbs sacrata Mineruæ erat.

ἀνὴρ γὰρ ἕλλην.] Quis nam hic fuerit, ex Vrania Herodoti facilè colligere licet. Misit, inquit ille, Themistocles Sicinium contubernalem & præceptorem ad Medos, ut indicaret illis ducem Atheniensiũ fauere regi Xerxi, eundemq; discessisse.

νῆσος τίς.) Potest etiam dubitari de hac insula: sed tamen puto illam esse Psyttaleam. nam ferè de hac insula ea dicit Herodotus atque noster autor de sua: Cui, inquit, adhibentes fidem barbari, tum insulã paruam nomine Psyttaleam, quæ inter Salaminem et continentem sita est, multos Persarum traijciũt. Reliqua quæ sequuntur, potes apud ipsum uidere.

λυχρείας.) Aliqui λυπρείας legunt: quos secuti sumus.

βαλὴν.) pro βασιλεὺς usus est.

τίς δ' ἐμῶν παίδων.) Habuit enim Darius multos liberos cùm ex priore uxore Gobrys filia, tum ex posteriore Cyro nata Atosse: duo tamen de regno potissimũ contendebant, Artabasanes & Xerxes. Xerxes tamen beneficio Demarati regno potitus est. impulsu uerò Mardonij Græcis bellum intulit. quærit igitur Darius quis suorum filiorum copias contra Græcos duxerit?

ἑλλήσποντον ἱερὸν.) Hoc tanquam uerum affirmat Herodotus. Tam impius fuit, inqt, Xerxes, ut sacra perinde atq; profana utraq; incenderit, deorũq; simula-

simulacra subuerterit, qui & mare cæcidit flagellis, & compedes in illud deiecit: sed Herodotum ab illis qui instituta & religionem Magorum scripserunt, propter hanc causam reprehendi affirmat Laertius. nam dicunt neq; in solem iaculatum Xerxem, neq; in mare compedes proiecisse.

μῆδος γὰρ ἦν.) *Incipit quantum coniectare possum à translatione imperij Aßyriorũ ad Medos narrationẽ hanc: intelligitq; Arbacẽ qui primus occupauit imperium. de quo multa habẽtur apud historicos.*

τρίτος κῦρος.] *Cyrus autem primus fuit qui apud Persas regnauit, trãstulitq; imperiũ, capto auo Astyage à Medis ad Persas. de quo multa apud Herodotum, & Iustinum habes: quamuis Xenophon alio modo hæc scribat.*

σὺ δαίμων ἀνήρ.] *Non solum potentia & imperio fuit Syrus clarus, sed etiam prudentia, consilio, religione, pietate. de quo Xenophon.*

λυδῶν ᾗ λαόν.) *Profligauit Syrus copias Crœsi Lydi, illumq; captum habuit. de quo Herodotus in Clio & Euterpe.*

κύρου ᾗ παῖς.) *Cambysem intelligit, qui quantum à patre diuersus fuerit, ex historicis facilè apparet. nam sororem contra ius & leges Persarum in uxorem duxit, eamq; paulopòst peremit. fratrem etiam Smerdem curauit interfici.*

πέμπτος ᾗ μάρδος.] *Smerdem aut Magum legendum*

dum arbitor. nam sic uidetur appellatus ab authoribus, Magus quidē à genere, Smerdes nomine ꝓprio, Iustinus etiam eum Oropastem uocat. is enim fuit qui auribus priuatus ad dedecus patriæ octo menses aut circiter regno potitus est.

ἕκτος δὲ μάραφις, ἕβδομος τ' ἀρταφρένης.) Herò dotus & alij qui de regno Persarum scripserunt, nullum inter Magum & Darium regnasse tradiderūt, quare puto autorem hæc duo nomina finxisse, quemadmodum multa alia, ut quidam asserunt.

κἀγὼ ἔκυρσα.) Assecutus est Darius beneficio equi principatū, ex quo natus est Xerxes iste qui tantum detrimenti ferè toti Asiæ intulit.

μετρόπολις) Athenas intelligit. Nam Athenienses multas traduxerunt colonias: ipsi uerò αὐτόχθονοι uocati sunt: illiq; in causa fuerunt, ut autor dicit, detrimenti Asiæ.

IN AGAMEMNONEM.

VIderat enim qui ab Agamemnone constitutus erat speculator flammā quandam, putabatq; regem ipsum aduentare. hac de causa dicit:

θεὸς μὲν αὐτῷ, κυνὸς δίκην.) Obseruandum est δίκην cum genitiuuo significare apud Græcos quod apud latinos Instar. κυνὸς uerò genitiuus est à nominatiuo κύων. sed cur nō sequatur analogiā, talem causam tradit. Eustathius primo nomina in ων purum habentia ancipitem correptam in penultima per ω

uariantur, ut ἀμφιτρύων ἀμφιτρύωνος Secundò nomina in ων, communia per o flectuntur, ut ἀρείων ἀρείονος. Ne igitur esset pugna inter has duas regulas, neq; ω neq; o positum est, sed genitiuus tantum dissyllabus mansit.

δέκατον μὲν ἔτος.) Manserunt Græci decem annos, & paulo plus, antequam expugnarent Troiã. unde illud Vergilij:

Quos neq; Tydides, nec Larissæus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinæ.

πολιάνορος γυναικὸς.) Helenam intelligit, quæ Menelao & Alexandro nupsit.

οἰωνῶν βασιλεύς.) Aquilam intelligit. nam hoc pacto etiam alicubi Pindarus auium reginam ipsam uocat. sed quia sunt multa genera, dubitandum esset de quo intelligat, si addidisset, ἐξόπιν ἀργίας. quod denotat illum Pygargum intelligere, de quo Aristoteles libro 6. Historiæ animalium.

σὺν δορὶ.) Hoc carmen ab Aristophane in Ranis citatur, quod ostendit in hoc aliquid deesse. nam ibi ait, σὺν δορὶ καὶ χειρὶ πράτορι. quod si quis aliunde contendat esse desumptum, audiat illius interpretem, τὸ ἢ σὺν δορὶ, inquit, καὶ χειρὶ πράκτορι, ἐξ ἀγαμέμνονος αἰσχύλου.

τευκρίδ' ἐπ' αἶαν.] Troadem intelligit, quæ sic uocata est à Teucro Scamandri filio, & Idæa nympha. inde Troiani Teucri uocati sunt. unde illud Virgilij:

Aut

Aut aliquis latet error. equo ne credite Teucri.

Et paulo antè:

Ergo omnis longo pandit se Teucria luctu.

οἶκῳ ἐπίφθονος ἄρτεμις.) Totum hunc chorum usq; ad nuncium non solum obscurum, sed etiam depraua tum esse, facilè apparet. quare doctus aliquis uir putauit multa deesse. Hoc loco tamen auctorem intelligere Dianam iratam fuisse Agamemnoni propter ceruam interfectam in Aulide non dubito. quod magis in sequentibus, ubi de sacrificio Iphigeniæ loquetur, manifestum fiet.

ϖαμμάκῳ θράσει βρύων.) Attingit, quantum apparet, bellum Iouis & Typhonis. de quo antea.

ἰδὴ μὲν.) Ex Ida primò missus est ignis usq; ad Lemnum insulam, & inde rectà tetendit Argos.

ὥπολλον.) Appollinem accusat, propterea quod effecerat ut nulla fides adhiberetur suis uaticinijs.

ἀγησῦ.) Hunc coluit Acarnæ municipium, Pausania teste in Atticis.

ἀηδόν.) Fabulam attingit Itys & Philomelæ. dicitq; illam illum flere, eo quòd particeps cædis fuerat. uide Ouidium hac de re.

πρόκνης δέμας.) Cum Tereus persequeretur Prognem uxorẽ, & eius sororem Philomelam, ambæ uersæ sunt in aues. unde illud Ouidij:

Nunc sequitur nudo genitas Pandione ferro
Corpora Cecropidum pennis pendêre putares.

Pendebant pennis. quarum petit altera ſyluas,
Altera tecta ſubit.

ὁρῶ τομαῖον τόνδε.) Mos fuit antiquis, tondere cæſariem, & amicis mortuis offerre. unde illud Euripidis:

ἕλε. βόλῃ τάφον μοι πρὸς κασιγνήτης μολεῖν;
ἧλε. ματρὸς κελεύεις τῆς ἐμῆς, τίνος χάριν;
κόμης ἀπαρχὰς, καὶ χοὰς φέρουσ' ἐμάς.

χρήζοντα.) non ad δάκος, ſed ad δράκοντα refertur.

λοξίας ἐφήμισεν.) Iuſſerat Apollo Oreſtē matrē interficere. quod & ipſe affirmat Apollo his uerbis alicubi:

καὶ μαρτυρήσων ἦλθον. ἔστι γὰρ δόμων
ἱκέτις ὅδε ἀνὴρ, καὶ δόμων ἐφέστιος
ἐμῶν. φόνου δὲ τοῦδ' ἐγὼ καθάρσιος
καὶ ξυνδικήσων αὐτὸς αἰτίαν ἔχω
τῆς τοῦδε μητρὸς τοῦ φόνου.

τάλαινα θεστιάς.) Miſera ſanè poteſt dici q̃ hoc modo filium ſuum interfecit ob fratrum mortem. de qua Ouidius:

Theſtias haud aliter dubijs affectibus errat,
Inq́; uices ponit, poſitamq́; reſuſcitat iram.
Incipit eſſe tamen melior germana parente.

Et paulo pòſt:

Me miſeram, malè uincetis, ſed uincite fratres,
Dum modò quæ dedero uobis ſolatia, uosq́;

Ipſa

Ipsa sequar. dixit, dextraq; auersa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.

φοινίαν σκύλλαν.) *Hæc puella tam impia fuit, ut non uerita sit patrem & patriam prodere propter impudicum amorem non tantum peregrini hominis, sed etiam hostis.*

IN EVMENIDES.

ΠΡωτόμαντιν γαῖαν.) *Delphos intelligit. Sed sciendum est à principio terram illam uaticinari solitam fuisse. unde illud carmen:*
Inclyta confestim tellus oracula dixit.

Tellus igitur uatē paulo pòst Daphnem cōstituit, à qua Themis eandem facultatem adepta est. à Themide uerò Apollo dono accepit. qua de re Pausanias in Phocicis.

ἐς τήνδε γαῖαν.) *Hæc dicit ut gratificetur Atheniensibus.*

παῖδες ἡφαίστου.) *Atheniēses intelligit propter illorum regem Erichthonium, qui Vulcani filius fuit.*

ἀνήμερον ἡμερωμένην.) *Propter Theseum hæc dicit qui ex regione omnes latrones expulit.*

ἀλλὰ γοργόνα.) *Furias intelligit quæ Orestem uexabant, secutæq; erant ipsum in Delphos.*

φινέως γεγραμμένας.) *Harpyias intelligit quæ cibum à Phineo rege auferebāt, de quibus Apollonius.*

νέος.) *Iuuenis dicitur Apollo quia caret barba.*

νεώτεροι θεοὶ.) *Hæc dicunt Eumenides propter Saturnum*

turnum & Titanas, quos Iupiter in uastum tartarum misit.

ἄνακτ' ἀθανᾶ.) Iusserat Phœbus Apollo Orestē ire ad Parnassum montem, ibiq; per annum manere, & deinde Athenas proficisci. quare hic dicit se missum à Loxia Orestes.

λοξίας.) Loxias dictus est ob tortuosa oracula. quod affirmat Aristophanis imterpres supra hæc uerba: τῷ ἢ λοξίᾳ, τῷ ἀπόλλωνι, ἤτοι τῷ λοξὰ ἰὸν πέμποντι.

ὦ μᾶτερ νύξ.] Finxit Hesiodus noctē peperisse tres Parcas has. tude Theogoniam.

λατοῦς ἔγγονε.] Periphrasis pro Apolline.

πάγον δὲ ἄρειον.] Aliam etymologiam Areopagi dat Aeschylus quàm reliqui. Nam Areopagus dictus est teste Pausania in Atticis, quod in eo primò uocatus sit Mars (quem Græci Arem uocant) in ius, eo quòd Alirhothium interfecerat. πάγος dictus est ὅτι ἐν τῷ πάγῳ ἐστὶ. Suida teste ἄρειος ppter cædes, ut ait Stephanus, uel ppterea quòd cædes ibi iudicarentur, ut ait Suidas. autor uerò noster dictū ait quia in eo pago, quem latini uel collem uel etiam rupem exprimunt, Amazones Marti immolaucrint.

ἀμαζόνων.) Bellum narrat quod gesserunt Amazones duce Hippolyta contra Athenienses temporibus Thesei propter Antiopem, ubi aiunt illam mœrore expirasse ob res malè gestas. uide Pausaniam in Atticis.

ὄρε-

ἀρεχθέως.] id est, in Attica habebitis sedem. nam Athenienses Parcas, quas ipsi Eumenidas uocant, coluerunt à tempore quo Orestes eò uenit. nam ipse Orestes illis struxit templum, in quod si quis sanguine pollutus ingrediatur, statim ad insaniam præ metu redigitur.

IN SVPPLICES.

Νείλου δῖαν χθόνα.) Aegyptum intelligit. nã inde Danaus cum filiabus quinquaginta fugerat Argos.

ἄργος ὅθεν δὴ γένος ἡμέτερον.] Propter Io hæc dicit, quæ ex Argis in Aegyptum migrauit.

οἰστρογόνου βοὸς.] Io intelligit, quæ à Iunone sic affecta est. de qua in Prometheo diximus.

οὐκ ἀργολὶς ἐσθὴς.] Indutæ erant Aegyptiaco more filiæ Danai.

πελασγοῦ.] Regnabat illo tempore Argis Pelasgus, unde terra dicta est Pelasgia. Cur Pelasgia uocata antea sit Apia, reddit causam autor, ab Api nempe medico filio Apollinis. Alij tamen ab alio nomen sortitum uolunt, ut Stephanus. ἀπία ὥτως, inquit, νεώτεροι τὸ ἄργος, καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἀπίδονας, ἀπὸ ἀπίδονος τοῦ φορωνέως ὡς φιανὸς ἐν ἀχαϊκῷ δευτέρῳ.

λειμῶνα βούχιλον.] Lernam intelligit, de qua satis in Prometheo habes.

τᾶς δὲ ἀφροδίτας γαῖαν.) Cyprũ intelligit, quæ

sub patrocinio Veneris fuit. hanc charã Venus admodum habuit. unde illud Horatij:

O Venus regina Gnidi Paphiq́;,
Sperne dilectam Cypron, & uocantis
Ture te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.

τυφῶ μένος.) *Ciliciam intelligit in qua educatus fuit Gigas ille, ut ostendimus in Prometheo.*

FINIS.

ERRATA OPERARVM INCV
ria commissa sic emen-
dabis.

Pag. 6 uersu 5 *se* 7. 23 *inhabitantibus* 12. 1 *adde* *personam, Robur uidelicet* 37. 25 *sius* 41. 25 *prodesse* 49. 22 *iam cum* 50. 7 *Polybum* 54. 8 *agmen ut duceret* 27 *seruilibus* 62. 4 *hac* 65. 28 *detrahe uolente* 84. 6 *uehementer* 86. 5 *defoßionem* 87. 13 *inhumatus* 91. 2 *ceruici* 24 *contrariã* 97. 9 *desœnsuum* 101. 6 *dij* 132. 22 *sublime* 133. 1 *ab oculis* 137. 18 *inueniet* 141. 2 *hos*

IN TRANSLATIONEM

Aeschyli Paulus Ottenthalerus Oeniuallensis.

Aeschylus antiquos inter celeberrimus autor,
Ingenij mira dexteritate ualens,
Euphorione parente satus, qui natus Athenis,
Eximium & nomen nobile nactus erat,
Quem bis triginta postquam transegerat annos,
Testudo turpi morte necabat iners.
Hic tragico scripsit complurima carmine quondam,
Quæ tamen ad nostros non rediere dies.
Præter sex hodie, quæ conseruata uidemus
Dramata longæua ex temporis inuidia:
Intellecta prius quæ paucis sunt tamen amè,
Et propter mendas, difficilemq; stylum.
Ioannes ergo nuper Sarrauius illa
Transtulit, & Latios iussit habere sonos.
Aeschylus ut posthac studiosis notior esset,
Posset & à cunctis aptius ipse legi.
Propterea linguæ græcæ studiosa uiuemus
Sarrauij hic gratus sit tibi mente labor.

BASILEAE, PER LVDOVI
cum Lucium, Anno Salutis huma
næ M. D. LV. Menſe
Martio.